oēs gētes loquent̃:nulla unquā obmuteſcet uetuſtas:qn hoc tēpoꝛ ipſo cū omnes a ſuis inimicis faces iui
diæ meæ ſubiiciāt̃:tamē i omniū hoīum cœtu gratiis agendis & gratulatiōibus habēdis:& oium ſermōe
celebramur.Omitto hetruriæ feſtos & actos & īſtitutos dies.Cētesima lux ē hæc ab interitu.P.Clodii:& opi
nor altera:q̄ fines iperii Po.Ro.non ſolum fama:iā de illo:ſed etiā letitia peragrauit.Quāobrē ubi corpus
hoc ſit nō inquit laboro:quoniam omnibus in terris etiam uerſatur:& ſemp habitabit nominis mei glo
ria.hæc tu mecum ſæpe his abſentibus:ſed iiſdem audientibus.Hæc ego tecum Milo:te quidē qd iſto ani
mo es ſatis laudare non poſſū.ſed quo eſt illa magis diuia uirtus:eo maiore a te dolore diuellor.Nec ue
ro ſi mihi eripteris reliqua eſt ulla tamē ad conſolandū querela.ut his iraſci poſſim:a qbus tātum uulnus
accepero.Non enī inimici mei te mihi eripient:ſed amiciſſimi:nō male aliquādo de me meriti:Sed opti
me.Nullum unquam iudices mihi tantum dolorem inuretis:Et ſi quis poteſt eſſe tātus.ſed nec hunc qui
dem ipſum:ut obliuiſcar quanti me ſemper feceritis:quæ ſi uos ceperit obliuio:aut ſi ī me aliquid offēdi
ſtis:cur id non meo capite poti⁹ luitur q̄ Milonis.ꝓclare enim uixero ſi quid mihi acciderit:priuſq̄ hoc ma
li tantum uideo.Nunc me una conſolatio ſuſtentat:q tibi O Ti.Anni nullum a me amoris:nullū ſtudii:
nullum pietatis officium defuit.ego inimicitias potētum pro te appetiui:Ego meum ſæpe corp⁹ & uitā
obieci armis inimicorum tuorum:ego me plurimis pro te ſupplicem abieci.bōa:fortūas meas ac libero
rū meoꝝ ī cōmunionē tuoꝝ tēpoꝝ cōtuli:hoc deniq̄ ipſo die ſi qua uis ē parata:ſi que dimicatio:depoſco.
Quid.n.iā reſtat:qd habeo:qd dicā:qd faciā ꝓ tuis in me meritis:niſi ut eā fortunā:qcūq̄ erit tua:ducā meā:
Nō recuſo n̄ abiicio:Voſq̄ obſecro iudices ut ueſtra bñficia:quæ ī me cōtuliſtis:aut i hui⁹ ſalute augeatis:
aut ī eiuſdē exitio occaſura eſſe iubeatis.his lachrymis n̄ mouet̃ Milo:ē quodā icredibili robore aī ſcept⁹.
Exiliū ibi eſſe putat:ubi uirtuti nō ſit locus.mortē uero finē eē nō pœnā:ſed hic ea mēte ornatus ē.qd uos
iudices:quo tādē aīo eritis:memoriā Milonis retinebitis:ipſum eiicietis:& erit dignior loc⁹ ī terris ullus
qui hanc uirtutē accipiat:q̄ hic q ꝓcreauit:Vos appello fortiſſimi uiri:q multū ꝓ Rep.ſanguinē effudiſtis:

Vos I uiri & ſcius inuicti appello pículo cẽturiones:uoſq; milites uobis nõ modo ſpectãtibus:ſed ẽt arma
tis:& huic iudicio præſidẽtibus hæc tãta uirtus ex hac urbe expellet̃ exterminabit̃ eiiciet̃? O me miſerũ.
O me ĩfelicẽ reuocar̃ tu me ĩ patriã Milo potuiſti p hos:ego te in patria p eoſdẽ retinere ñ potero?qd reſpõ
debo liberis meis:q te parẽtẽ alterũ putãt?qd tibi.Qu.fraterq nũc abes cõſorti mecũ tpoꝝ illoꝝ: me nõ po
tuiſſe ſalutẽ Milonis tueri per eoſdẽ:p quos noſtrã ille ſeruaſſet? At in qua cã nõ potuiſſe?quæ ẽ grata gẽti
b⁹.a qb⁹ nõ potuiſſe?ñ potuiſſe ab his:q maxie.P.Clodii:morte acqeuit.quo depcãte?me.quodã cõcepi tñ
ſcel⁹ aut qd̃ i me tãtũ facinus admiſi iudices:cũ illa indicia cõmunis exitii idagaui:pateſeci:ꝓtuli:extinxi:
oẽs ĩ me meoſq; redũdant ex illo fonte dolores:qd me reducẽ eſſe uoluiſtis?an ut ſpectãte me ii expelle
rẽtur:per quos eſſem reſtitutus?Nolite obſecro uos pati mihi acerbiorẽ reditũ eſſe q̃ fuerit ille ipſe diſceſ
ſus. Nã q poſſum putare me reſtitutũ eẽ:ſi diſtrahor ab iis q p quos reſtitutus ſum? Vtinam dii immorta
les feciſſent(pace tua patria dixeri metuo.n.ne ſcelerate dicã in te quod pro Milone dicã pie) Vt.P.Clo
dius nõ modo uiueret:ſed ẽt ꝑtor:Cõſul: dictator eſſet:anteq̃ hoc ſpectaculũ uiderẽ.O dii ĩmortales forſẽ
& a uobis iudices conſeruãdũ uirũ:minime minſe inquit imo uero pœ̃as ille debitas luerit. Nos ſubeãus:
ſi ita neceſſe eſt:nõ debitas.hiccine uir patriæ natus uſquã niſi in patria morietur?aut ſi forte ꝓ patria huius
uos animi monumenta retinebitis.corporis i Italia ullum ſepulcrum eſſe patiemini?Hũc ſua qſq; ſentẽ
tia ex hac urbe expellet?quem omnes urbes expulſum a uobis ad ſe uocabũt. O terram illam beatã: quæ
hunc uirum exceperit.hãc ĩgratam ſi eiecerit:miſeram ſi amiſerit.ſed finis ſit.Neq; eni: præ lachrymis iã
loqui poſſum:& hic ſe lachrymis defendi uetat.Vos oro obteſtorq; iudices:ut in ſentẽtiis ferendis:quod
ſentietis id audeatis:ueſtram uirtutem:iuſticiam:fidem mihi credite is maxime probabit:q in iudicibus
legendis optimum & ſapientiſſimum quenq̃ legit.

¶M.T.C.PRO.CN.PLANCIO ORATIO.III.

CVM Propter egregiã & ſingularem.Cn.Planci iudices ĩ mea ſalute cuſtodiẽda fidẽ tã mul
tos & bonos uiros ei⁹ honori uiderẽ eſſe fautores capiebã:aio non mediocrẽ uoluptatẽ:ꝙ
cuius officiũ mihi ſaluti fuiſſet:ei meorum tẽporum memoriã ſuffragari uidebam.Cũ aũt
audire meos parti inimicos:parti inuidos huic accuſationi eẽ fauturos:eãdẽq; rẽ aduerſariã
eſſe i iudicio.Cn.Plãcio:q̃ petitiõe fuiſſet adiutrix:dolebã iudices:& acerbe ferebã:ſi huius
ſal⁹ ob eã ipſã cãm eẽt iſeſtior:qd is meã ſalutẽ atq; uitã ſua bẽiuolẽtia ꝓſidio cuſtodiaq; texiſ
ſet.Nũc autem ueſter iudices cõſpectus & cõſeſſus iſte reficit & recreat mentẽ meã:cũ itueor & cõtemplor
unum quẽq; ueſtrũ.Video eni ĩ hoc numero neminem cui mea ſalus nõ cara fuerit:cuius nõ extet i me
tuum meritũ:cui nõ ſim aſtrictus memoria beneficii ſempiterna.Itaq; nõ extimeſco ne.Cn.Plan.cuſtodia
meæ ſalutis apud eos obſit:q me ipſum maxime ſaluum uidere uoluerũt. Sæpiuſq; Iud.mihi ueit i mẽtẽ
admirandum eſſe.M.Laterẽſem hoĩem ſtudioſiſſimũ & diligẽtiſſimũ ſalutis meæ reũ ſibi hũc potiſſimũ
delegiſſe:q̃ metuẽdũ ne uobis ille id magna ratiõe feciſſe uideatur.Quãq̃ mihi non ſummo tãtũ iudices
neq; arrogo:ut.Cn.Plã.ſuis erga me meritis ĩpunitatẽ cõſecuturũ put̃:niſi ei⁹ ĩtegerrimã uitã modeſtiſſi
mos mores:ſummã fidẽ:continentiã:pietatẽ:inocẽtiã oſtendero:nihil de pœna recuſabo:ſin oĩa ꝓſtitero
quæ ſunt a bonis uiris expetẽda:petã iudices a uobis ut cuius miſericordia ſal⁹ mea cuſtodita ſit:ei uos ue
ſtrã miſericordiã me depræcãte tribuatis.Eqdẽ ad reliquos labores:quos i hac cã maiores ſuſcipio q̃ in cæ
teris ẽt hãc moleſtiã aſſumo:ꝙ mihi nõ ſolũ pro.Cn.Plã.dicẽdum ẽ cuius ego ſalutẽ nõ ſecus ac meam
tueri debeo:ſed ẽt pro me ipõ:de quo accuſatores plura pene q̃ de re reoq; dixerũt.Quãq̃ iudices ſi qd ẽ in
meipſo ita repræhẽſum:ut id ab hoc alienũ ſit nõ me id magnopere cõturbet.nõ enim timeo ne qa per
raro grati hoĩes reperiant̃.Iccirco cũ me nimium gratum illi eẽ dicant:id mihi criminoſum eſſe poſſit.q̃
uero ita ſunt agitata ab illis:ut aut merita.Cn.Plã.erga me minora eẽ dicerent:q̃ a me ipſo ꝓdicarent̃:aut
ſi eſſent ſumma:negarẽt ea tamen ita magni ut ego putarem põderis apud uos eſſe debere.hæc mihi ſũt
tractãda iudices & modice:ne qd ipſe offendã cœtũ:deniq; cũ reſpõdero criminib⁹:ne nõ tñ ĩnocẽtia reus
ſua:q̃ recordatione meorum temporũ defenſus eẽ uideat̃. Sed mihii cauſa facili atq; explicata ꝑdifficilis
iudices & lubrica defenſiõis ratio ꝓpoĩt:nã ſi tãtũmodo mihi neceſſe eẽt cõtra laterẽſem dicere:tamẽ id
ipſum eẽt i tãto uſu noſtro tãtaq; amicitia moleſtũ.uetus.n.eſt lex iuſtæ ueræq; aicitiæ:quæ mihi cũ illo iã
diu ẽ:ut idẽ amici ſemp uelit:neq; ẽ ullũ certius aicitiæ uinculũ:q̃ cõſenſus & ſocietas cõſilioꝝ & uolũtatum
Mihi ãt nõ modo.i.in hac re moleſtiſſimũ cõtrã illũ dicere:ſed multo illud magis ꝙ i ea cã cõtradicẽdũ ẽ:
In q̃ qdã hoſum ipſoꝝ uidet̃ faciẽda eẽ cõtẽtio. qrit.n.Laterẽſis:atq; hoc uno maxie urget:q̃ ſe uirtute:qua
laude Plãcius:q̃ dignitate ſuparit.Ita ſi cedo illius ornamẽtis:q̃ multa & magna ſũt:nõ ſolũ huius dignita
tis iactura faciẽda ẽ:ſed ẽt largitiõis recipiẽda ſuſpicio ẽ.Si hũc illi ãtepono cõtumelioſa hẽnda ẽ orõ:ac di
cẽdũ ẽ id qd̃ ille me flagitat.Laterẽſẽ a Plãcio dignitate eẽ ſuparatũ:Ita aut aluſſimi hoĩs exiſtiatio offẽdẽda
ẽ ſi illã accuſatiõis cõditionẽ ſeq̃r:aut optie d̃ me meriti ſal⁹ deſerẽda ẽ:ſed ego Laterẽſis cæcũ me & ꝓcipitẽ
ferri cõfitear i cã:ſi te aut a Plãcio:aut ab ullo dignitate potuiſſe ſupari dixero.Itaq; diſcẽdã ab ea cõtẽtiõe ad
quã tu me uocas:& ueniã ad illã ad quã me cã ipſa deducit.Quid tu inanem dignitatis iudicẽ putas eẽ po
pulũ?fortaſſe nõnunq̃ ẽ.Vtinã nõ ſemp eẽt: ſed ẽ praro:& ſi q̃do ẽ iis migratibus ẽ mãdãdis:qbus ſalutem
ſuam cõmitti putat:his leuioribus comitiis diligẽtia & gr̃a petitorum honos parit̃:nõ is ornamẽtis quæ
eẽ in te uidẽus.Nam qd ad populũ ptinet ſemp dignitatis iniquus iudex ẽ:q aut iuidet:aut fauet q̃q̃ nihil
põt i te Laterẽſis cõſtituere qd ſit ꝓprium laudis tuæ:qn id tibi ſit cõe cũ Plan.Sed hoc totũ aget̃ alio loco.
Nunc tantum diſputo de iure populi:q & poteſt & ſolet nõnunquam dignos prætetire:nec ſi a populo ꝓ
teritus eſt quem non oportuit:a iudicibus condemnãdus eſt qui prætenitus non eſt.Nam ſi ita eſſet quod

patres apud maiores nr̃os tenere nō potuerūt ut rep̄henſores eēnt comitioꝝ:id hērēt iudices qđ uel multo minus eſt ferēdū.tū.n.magiſtratū non gerebat is qui ceperat:ſi patres auctores non erant facti. Nūc poſtulatur a uobis ut eius exilio q creatus ſit iudiciū Populi Ro.rep̄hendatis.Itaq̄ꝗq̄ qua nolui iāua ſum ingreſſus i cām:ſpare uideor tātū abfuturā eē oronē meā a minia ſuſpitiōes offenſiōis tuæ:ut te potius obiurgē quod iniquū in Diſcrimen adducas dignitatē tuā:quā ut ego eā ulla cōtumelia coner attingere. Tu cōtinentiā:tu induſtriā:tu animū in Rēpub.tu uirtutē:tu innocentiā:tu fidē:tu labores tuos:ꝙ ædilis non ſis factus fractos eſſe & abiectos & repudiatos putas.Vide tandē Laterenſis quantū a te diſſentiā:ſi mediuſfidius decē ſoli eſſent in ciuitate boni uiri:ſapientes:iuſti:graues:qui te indignū ædilitate iudicaſſent:grauius de te iudicatū putarē ꝗ eſt hoc qđ tu metuis:ne a populo iudicatū eē uideatur:nō.n.comitiis iudicat ſemper populus:ſed mouet̃ plerūq̄ gratia:cedit p̄cibus:facit eos a quibus eſt maxīe ambitus:deniq̄ ſi iudicat nō delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandū:ſed īpetu nonnunquā & quadā temeritate. Nō ē.n. conſiliū in uulgo:non ratio:non diſcrimen:non diligentia.ſempq̄ ſapiētes ea quæ populus feciſſet ferēda nō ſemp laudāda dixerūt:qa cū te ædilē fieri oportuiſſe dicis populi culpā nō cōpetitoris accuſas.At fueris dignior ꝗ Plācius:de quo ita tecū cōtendā paulo poſt:ut cōſeruē dignitatē tuā:ſed ut fueris dignior:nō cōpetitor a quo es uict⁹:ſed populus a quo es præteritus in culpa eſt.In quo primū illud debes putare comitiis præſertim ædilitiis ſtudiū eē populi nō iudiciū:eblandita illa nō enucleata eſſe ſuffragia:eos qui ſuffragiū ferant:quid deniq̄ ipſi debeant conſiderare ſæpius:ꝗ quid cuiq̄ a Repu.uideatur deberi ſin aūt maius eſt iudiciū non tibi id reſcindēdū eſt ſed ferēdū:male iudicauit populus:at iudicauit:nō debuit:at potuit:nō fero:at multi clariſſimi & ſapientiſſime ciues ꝑtulerūt.ē.n.cōditio liberoꝝ populoꝝ:præcipueq̄ huius pricipis populi & oīum gentiū domini atq̄ uictoris poſſe ſuffragiis uel dare uel detrahe꞉ ꝙ uelit cuiq̄:nr̄m:noſtrū eſt autē q i hac tempeſtate populi iactemus ac fluctibus ferre modice populi uolūtates:allicere alienas:retiere p̄tas:placare turbatas honores ſi magni nō putemus nō ſeruire populo ſin eos expetimus:non defatigari ſupplicando.Venio iā ad ipſius populi partes:ut illius contra te oratione potius ꝗ mea diſputē q ſi tecū congrediatur:& ſi uiua uoce loq poſſit:hæc dicat:ego tibi:Laterenſis Plāciū non antepoſui:ſed cū eſſetis æque boni uiri meū beneficiū ad eū potius detuli:q a me contenderat:ꝗ ad eū q mihi nō nimis ſummiſſe ſuplicarat.Reſpondebis credo;te ſplendore & uetuſtate familiæ fretū non ualde ambiēdū putaſſe.At uero te ille ad ſua inſtituta ſuorūq̄ maiorū exēpla reuocabit:ſemp ſe dicet rogari uoluiſſe:ſemper placuiſſe.M.Seiū:qui ne equeſtrē quidē ſplendorem incolumē a calamitate iudicii retinere potuiſſet homini nobiliſſimo īnocētiſſimo eloquentiſſimo.M.Piſoni prætuliſſe:præpoſuiſſe ſe.Qu.Catulo ſūma in familia nato ſapiētiſſimo & ſanctiſſimo uiro nō dico.C.Serenū ſtultiſſimū hominē:fuit.n.& animi ſatis magni & cōſilii.Sed.Cn.Māllium nō ſolū ignobilē.Verum ſine uirtute:ſine īgenio:uitā etiā contēpta ac ſordida.Deſiderarunt te iquit oculi mei cū tu eſſes cyrēis:me.n.ꝗ ſocios tua⁹ frui uirtute malebā: & cur ēt quos plus iuuerat eo plus aberat a me certe nō uidebam deīde ſitientē me uirtutis tuæ deſeruiſti:cœpas enim petere.Tr.Pl.tēporibus iis:quæ iſtā eloquentiā & uirtutē requirebant:quā petitiōem cū reliquiſſes:ſi hoc iudicaſti tanta in tēpeſtate te gubernare nō poſſe:de uirtute tua dubitaui:ſi nolle:de uolūtate:ſin qđ magis itelligo tēporib⁹ te aliis reſeruaſti:ego quoq̄ iuꝗ & .R.P.ad ea te tēpora reuocaui ad ꝗ tu te ipſe ſeruaras.Pete igit̃ eū magiſtratū:i quo mihi magnæ utilitati eē poſſis:ædiles quicunq̄ erunt idē mihi qđ oſtenderas:aut ſi qd mea minus iterē:id te magis forte delectat:reddam tibi iſtā ædilitatē ēt negligēter petenti:ſed ampliſſimos honores ut p̄ dignitate tua cōſequare:cōdiſcas cēſeo mihi paulo āte diligētius ſupplicar̃.hæc populi oratio ē:Mea uero Laterēſis hæc quare uictus ſis nō debere iudicē quærere modo ne largitione ſis uictus.Nā ſi quotieſcūq̄ p̄teritus erit is q nō debuerit p̄teriri:totiēs oportebit eū qui factus erit condēnari.Nihil iā ē qđ a populo ſupplicet̃ nihil qđ irreptio nihil qđ ſupplicatio magiſtratuū:renūciatio ſuffragioꝝ expectet̃:ſimul ut q ſint profeſſi:uideo quid dicā hic familia cōſulari ē:ille prætoria:reliquos uideo eē ex eq̄ſtri loco:ſunt oēs ſine macula:ſunt equæ bōi uiri atq̄ integri:ſed ſeruari neceſſe eſt gradū:cedat cōſulari genere prætoriū:nec cōtendat cū p̄torio equeſter locus:ſublata ſūt ſtudia:extictæ ſuffragatiōes:nullæ cōtētiōes:nulla libertas populi i mādādis magiſtratib⁹:nulla expectatio ſuffragiorū:nihil ut plerūq̄ euenit p̄ter opinionē accidet.Nulla erit poſt hac uarietas comitiorū:ſin hoc ſæpe accidit:ut & factos aliquos & nō factos eē miremur:ſi cāpus atq̄ illæ undæ comitiorū ut mare p̄fundū & īmēſum ſit efferueſcūt quodā q̄ſi æſtu:ut ad alios accedāt ab aliis autē recedāt:tāto nos īpetu ſtudiorū & motu temeritatis modū aliquē & cōſiliū & rationē req̄ramus?Quare noli me ad cōtētionē ueſtrū uocare Laterēſis:&.n.ſi populo grata ē tabella:q frōtes apit hoīum:mētes tegit:datq̄ libertatē:ut qd uelint faciant p̄mittāt āt qd rogentur:cur in i iudicio exprimis qđ nō fit in cāpo?Hic ꝗ ille dignior p̄ ꝗ graue ē dictu:quo mō igit̃ ē equitis:ſic credo ꝙ agitat̃:qđ ſatis eſt iudicii hic factus ē:cur iſte potius quā ego:uel neſcio:uel nō dico:uel deniq̄ qđ mihi grauiſſimum eſt ſic dicere:ſed īpune tamē debere dicere nō recte.Nūc qđ aſſeq̄rer ſi illa extrēa defēſione uterer populū qđ uoluiſſet feciſſe non qđ debuiſſet.Quid ſi populi quoq̄ factū defendo Laterēſis:& doceo.Cn.Plāciū nō obrepſiſſe ad honorē:ſed eo ueniſſe curſu:q ſemp patuerit oīb⁹:hoc nr̄o eq̄ſtri loco poſſū ne eripe orōnē tuæ cōtētionē tiam:ꝗ tractari ſine cōtumelia nō pōt:& te ad cām crimēq̄ deduceret̃ ſi ꝙ eqtis Ro.filius ē iferior eē debuit:oēs tecū equū Ro.filii petiuerūt:nihil dico āplius:hoc tamē miror cur tu huic potiſſimum iraſcare:q lōgiſſime a te abfuit:eq̄dē ſi q̄ndo ut ſit iactor i turba nō illū accuſo:q ē i ſūma ſacra uia:cū ego ad Fabiū fornicē īpelor:ſed eū q i me ipm icurrit atq̄ icidit tu neq̄.Qu.Pedio forti uiro ſuccēſes:neq̄ huic.A.Plocio ornatiſſimo homini familiari meo:& ab eo q hos dimouit potius ꝗ ab his q i te ipſū icubuerūt te depulſum putas:ſed tamē hæc prima ē tibi cū Plācio generis ueſtri familiæq̄ cōtentio:ꝗ abs te uincit̃.cur

ceſſitudines cauſæ leues eſſe uideãtur. Fuit in creta poſtea cõtubernalis Saturnini ꝓpinqui ſui: miles hu/
ius. Q. Metelli: qbus cum fuerit probatiſſimus hodieq; ſit: omnibus eſſe ſe probatum debet ſperare. In ea
prouincia legatus fuit. C. ſacerdos: qua uirtute: qua cõſtãtia uir? L. Flacus: qui homo? qui ciuis? qualẽ hũc
putent aſſiduitate teſtimonioq; declarant. In Macedonia tribunus militum fuit: in eadẽ prouītia poſtea
quæſtor. primum Macedonia ſic eum diligit: ut indicat hi pricipes ciuitatum ſuarum: qui cũ miſſi ſint ob
aliam cauſam: tamen huius repentino periculo cõmoti huic aſſidẽt: pro hoc laborãt: huic ſi præſto fuerit
gratius ſe ciuitatibus ſuis facturos putant: quam ſi legationẽ & mandata ſua confecerint. L. uero Apulei⁹
hunc tanti facit: ut morem illum maiorum qui præſcribit in parentum loco quæſtoribus prætores eſſe
oportere: officiis beniuolẽtiaq; ſuperarit: tribunus plebis fuit non fortaſſe tam uehemẽs q̃ iſti: quos tu iur
laudas: ſed certe talis quales ſi omnes fuiſſent ſemp: nunquã deſideratus uehemẽs eſſet tribun⁹. Omitto
illa quæ ſi minus neceſſaria ſunt ad certe cum ſunt prolata laudantur: ut uiuat cum ſuis: Primum cũ pa/
rente. Nam meo iudicio: pietas fundamentum eſt omnium uirtutum: quem ueretur ut deum. neq; enĩ
multos ſecus parẽs liberis: amat uero ut ſodalem: ut fratrem: ut æqualem. Quid dicam: cum patruo: cũ affĩ
nibus: cum propinquis: cum hoc. Cn. Saturnino ornatiſſimo uiro? cuius quantã honoris huius cupidita
tem fuiſſe creditis? cũ uideatis luctus ſocietatẽ? Quid de me dicã: qui mihi in huius periculo reus eſſe uide
or: quid de his tot uiris talibus: quos uidetis ueſte mutata. atqui hæc ſunt indicia ſolida iudices: & expreſſa
hæc ſigna probitatis: nõ fucata forẽſi ſpecie: ſed domeſticis inuſta notis ueritatis: facilis eſt illa occurſatio
& blãditia popularis aſpicitur: non attrectatur. procul apparet: non excutit: non in manus ſumit. Omni
bus igitur rebus ornatum hominem: qua externis: quem domeſticis nonnullis rebus inferiorem q̃ te ge
neris & nominis dico ſuperiorem aliis municipũ: Vicinorum ſocietatum ſtudio: temporum meorũ me
moria: patris uirtute: integritate: modeſtia ædilem factum eſſe miraris? Hunc tu uitæ ſplẽdorem maculis
aſpergis iſtis: iacis adulteria: quæ nemo non modo nomine: ſed ne ſuſpiciõe quidẽ poſſit agnoſcere? Ma
ritum appellas: ut uerba etiam fingas nõ ſolum crimina: ductum eſſe ab eo in prouinciam aliquẽ dicis li
bidinis cauſa: quod non crimen eſt: ſed impunitum in maledico etiam mendacium: raptã eſſe mimulã
quod dicitur Atinæ factum a iuuene: uetere quodam in ſcænicos iure maximeq; oppidão. O adoleſcẽtiã
traductam eleganter: cui quidem cum quod licuerit obiiciatur: tamen id falſum reperiatur: emiſſus aliqs
e carcere: & quidẽ emiſſus: ut cognoſtis neceſſarii hominis optimiquæ adoleſcẽtis rogatu. Idẽ poſtea præ
mandatis requiſitus. Atq; hæc nec ulla alia ſunt coniecta maledicta in eius uitã: de cuius uos pudore reli
gione integritate dubitetis. Pater uero inquit etiã obeſſe filio debet. O uocem duram atquæ indignã tua
probitate Laterenſis. pater ut in iudicio capitis: pater ut in dimicatione fortunarum? pater ut apud tales ui
ros obeſſe filio debeat? qui ſi eſſet turpiſſimus ſordidiſſimus tamẽ ipſo nomie patrio ualeret apud clemẽ
tes iudices & miſericordes: ualeret inquam cõmuni ſenſu omnium: & dulciſſima cõmendatiõe naturæ.
ſed cũ ſit. Cn. Plan. is eques Romanus ea primum uetuſtate equeſtris ordinis: ut pater: ut auus: ut maiores
oẽs eius. equites. Romani fuerint: ſummũ in præfectura florẽtiſſima gradum tenuerit & dignitatis & gra
tiæ: Deĩde ut ipſe in legiõibus. P. Craſſi Imperatoris iter ornatiſſimos homines equites Ro. ſummo ſplẽ
dore fuerit: ut poſtea princeps inter ſuos plurimarum rerum ſanctiſſimus & iuſtiſſimus iudex maximarũ
ſocietatum auctor: plurimarum magiſter: ſi non modo in eo nihil unq̃ reprehenſum: ſed laudata ſũt oĩa:
tamen is oberit honeſtiſſimo filio pater: qui uel minus honeſtũ & alienũ tueri uel auctoritate ſua uel gra/
tia poſſit. Aſperius inquit locutus eſt aliquid aliquando: imo fortaſſe liberius. At idipſum inquit nõ eſt fe
rendum. ergo ii ferendi ſunt qui queruntur libertatem equitis Ro. ſe ferre nõ poſſe. Vbi nã ille mos? ubi
illa æquitas iuris? ubi illa antiqua libertas: quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iã caput: & aliquãdo re/
creata ſe erigere debebat? equitum ego. Ro. etiam in homines nobiliſſimos maledicta publicãorum. In
Q. Scæuolam uirum omnibus ingenio: iuſticia integritate præſtantem aſpere & ferociter & libere dicta
commemorem? conſuli. P. Naſicæ præco granius medio in foro cum ille edicto iuſticio domũ deſcẽdẽs
rogaſſet Granium quid triſtis eſſet: an ꝙ auctiones eſſent: imo uero inquit ꝙ legiones. idẽ tribũo plebis
potentiſſimo homini. M. Druſo ſed multa in Rep. molienti: cũ ille eũ ſalutaſſet (ut fit) dixiſſetquæ: qd agis
Graui: reſpondit: immo uero tu Druſe quid agis? ille Lucii Craſſi: ille Marci Antonii uoluntatẽ aſperiori
bus facetiis ſæpe perſtrinxit ipune. Nũc uſquæ eo oppreſſa ueſtra arrogantia ciuitas: ut quæ fuit olim ꝑ/
coni in ridendo: nunc equiti Ro. in plorando non ſit conceſſa libertas. Quæ enĩ unquã fuit. P. Plãco uox
contumeliæ potius q̃ doloris. quid eſt autẽ unquam queſtus: niſi cum a ſociis & a ſe iniuriã propulſaret? q
cum Senatus impediretur quo minus id quod hoſtibus ſemper erat tributũ: reſpõſum equitib⁹ Ro. red/
deretur: omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit: Sed eum ipſum dolorem hic tulit paulo apertius: cũ
nimius ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit: Hic quod cũ cæteris animo ſentiebat id magis q̃ cæteri & uultu
promptum habuit & lingua. Quãquã iudices: agnoſco enim ex me: permulta in Plancum quæ ab eo nũ/
quam dicta ſunt conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando non ſtudio adductus ſed contẽtiõe dicẽ
di aut laceſſitus: & quia ut fit in multis: exit aliquãdo aliquid ſi non perfacetum attamen fortaſſe nõ ruſti/
cum: quod quiſque dixit me id dixiſſe dicunt. Ego autem ſi quid eſt quod mihi ſcitum eſſe uideat & ho/
mine ingenuo dignum atquæ docto: nõ aſpernor. ſtomachor uero cum aliorum nõ me digna i me cõ
feruntur. Nam ꝙ primus ſciuit legem de publicanis tum cum uir ampliſſimus conſul id illi ordini p po
pulum dedit: quod per Senatum ſi licuiſſet dediſſet: ſi in eo crimen eſt: quia ſuffragium tulit. Quis nõ tu
lit publicanus? ſi quia primum ſciuit. Vtrum id ſortis eſſe uis: an eius q illam legem ferebat? Si ſortis nul/
lum crimen eſt in caſu: ſic conſulis ſplendor etiam Planci hunc a ſummo uiro principem ordinis iudica

tum.Sed aliquando ueniamus'ad cauſam in qua tu nomie legis Liciniæ quæ ẽ de ſodalitiis oẽs ambit⁹
legis complexus es:neque eni quicq̃ aliud in hac lege niſi editiuos iudices es ſecut⁹:quod gẽus iudicioꝝ
ſi eſt equum ulla in re niſi hac tributaria:non intelligo.Quãobrem ſenatus hoc uno i genere trib⁹ edi uo
luerit ab accuſatore:neq; eandem editionẽ trãſtulerit in cæteras cauſas:de ipſo deniq; ambitu derogatio
ne fieri uoluerit iudicium alternorum:cũque nullum genus acerbitatis prætermitteret: hoc tamen unũ
prætereundũ putarit:quid huius rei obſcura cauſa eſt:an & agitata:cum iſta i Senatu res agebatur & di
ſputata heſterno die copioſius a.Qu.Hortenſio:cui tum eſt Senat⁹ aſſenſus hoc igit̃ ſenſimus cuiuſcũque
tribus largitor eſſet:& per conſenſionem magiſtratuũ honeſtæ:quæ ſodalitas nominaretur quã quiſq; tri
bum turpi largitione corrumperet:eum maxime iis omnibus qui eius tribus eſſent eſſe notũ.Ita putauit
Senatus cũ reo tribus ederentur eæ quas ipſe largitione deuictas haberet eoſdem fore teſtes & iudices.
Acerbum omnino genus iudicii:ſed tamen ſi uel ſua uel ea quæ maxime eſſet cuique cõiuncta trib⁹ ede
retur uix recuſandum.Tu autem Laterenſis quas tribus edidiſti?Terentinam credo fuit certe id æquum:&
certe expectatum eſt:& fuit dignum conſtantia tua:cuius tu tribus uenditorem & corruptorẽ & ſeq̃ſtrem
Plancium fuiſſe clamitas:eam tribum ꝓfecto ſeueriſſimorum præſertim hominum & grauiſſimoꝝ ede
re debuiſti ad uoltinam: libet eni tibi neſcio:quid etiam de illa tribu criminari.Hãc igitur ipſam cur nõ
edidiſti?quid Plancio cum lemonia:cum mentina:quid cum cruſtumina?Nam terẽtinam etiam quæ nõ
iudicaret:ſed quæ reiiceretur eſſe uoluiſti:dubitatis ergo iudices quin uos.Mar.Laterẽſis ſuo iudicio nõ
ad ſententiam legis:ſed ad ſuam ſpem aliquam de ciuitate delegerit?dubitatis quin eas trib⁹ in qbus ma
gnas neceſſitudies habet Plancius cum ille nõ ediderit indicarit officiis ab hoc obſeruatas nõ largitiõe?
Quid.n.poteſt dicere cur editio non ſummam habeat acerbitatem remota ratiõe illa:q̃uam in decernen
do ſecuti ſum⁹. Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos:aut inimicos meos:aut deniq; eos quos inexo
rabiles:quos inhumanos quos crudeles exiſtimes. Tu me ignaro nec opinãte inſcio notes & tuos & tuo
rum neceſſarios uel iniquos uel meos uel etiã defenſorum meorum:eodemq; adiũgas quos natura pu
tes aſperos:atq; omnibus iniquos:deinde effundas repẽte.ut ante cõſeſſum eorum iudicum uidea q̃ po
tuerim ı g eſſent futuri:ſuſpicari apud eoſq; me ne quinque quidem reiectis quod i proximo reo de cõſi
lii ſententia cõſtitutum eſt:cogas cauſam de fortunis omnibus dicere.Nõ eni ſi aut Plan.ita uixit:ut offen
deret ſciens neminem:aut tu ita erraſti:ut eos ederes imprudens: Vt nos inuito te tamẽ ad iudices nõ ad
carnifices ueniamus: Iccirco illa editio per ſe non acerba eſt.An uero nup clariſſimi ciues nomẽ editi iu
dicis nõ tulerũt.Cum ex.cxxv.iudicibus pricipibus equeſtris ordinis qnq; &.lxx.reus reiiceret.L.referret
omniaq; potius pmiſcuerunt q̃ ei legi cõditioniq; parerẽt.Nos neq; ex delectis iudicibus ſed ex omni po
pulo:neque editos ad reiiciendum ſed ab accuſatore cõſtitutos iudices ita feremus ut neminẽ reiiciam⁹?
Neque ego nũc legis iniquitatem queror:ſed factum tuum a ſentẽtia legis doceo diſcrepare:& illud acer
bum iudicium ſi quemadmodum Senatus cenſuit populuſq; iuſſit:ita feciſſes:ut huic & ſuã & ab hoc ſer
uatas ederent nõ modo non quererer:ſed hunc iudicibus editis qui teſtes iidem eſſe poſſent abſolutũ pu
tarem.Neq; nunc multo ſecus exiſtimo:cũ enim has tribus edidiſti & ignotis te iudicibus uti male quã
notis iudicauiſti:Fugiſti ſententiam legis æquitatem omnem reiecisti:in tenebris quã i luce uerſari cãm
maluiſti:Voltinia trib⁹ab hoc corrupta: Terẽtinã habuerat uẽalẽ:quid diceret apud Voltinieſes aut tribu
les ſuos iudices:immo uero tu quid diceres?quem iudicem ex illis aut tacitum teſtem haberes:aut nõ ẽt
excitares:& enim ſi reus tribus ederet:Voltiniam fortaſſe Plancius propter uicinitatẽ: aut neceſſitudinẽ
ſuam uero edidiſſet:& ſi quæſitor edendus fuiſſet:quem tãdem potius quam hunc. C.Alfium: quẽ habet
cui notiſſimus eſſe debet:uicinum tribulem grauiſſimum hominem iuſtiſſimumq; edidiſſet? cuius qdẽ
æquitas & in ea uoluntas erga.Cn.Planci ſalutẽ quam ille ſine ulla cupiditatis ſuſpitione præ ſe fert facile
declarat non fuiſſe fugiendum tribulem huic iudicem: cui quæſitorem tribulẽ fuiſſe exoptandũ uidea
tis.Neque ego nunc conſiliũ reprehendo tuum:quod non eas tribus quibus hi maxime not⁹ erat edide
ris:ſed a te doceo conſilium non ſeruatũ Senatus:& enim quis te tum audiret illorũ aut quid diceres Se
queſtrẽ ne?Plancium reſpuerent aures nẽo agnoſceret:repudiaret?an gratioſum illi libẽter audirẽt:nos
non timide cõfiteremur.Noli eni putare Laterẽſis legib⁹ iſtis quas Senat⁹ de ambitu ſancire uoluerit id
eſſe actum:ut ſuffragatio:ut obſeruantia:ut gratia tolleretur:ſemper fuerunt boni uiri:qui apud tribules
ſuos gratioſi eſſe uellent neque uero tam dur⁹ i plebẽ noſter ordo fuit.ut eam coli noſtra modica libera
litate noluerit:neq; hoc liberis noſtris interdicendũ eſt:ne obſeruent tribules ſuos:ne diligant:ne reficer̃
neceſſariis ſuis ſuam tribũ poſſint:ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent.Hæc enim plena ſunt
officii:plena obſeruantiæ:plena etiam antiquitatis.Iſto in genere & fuimus ipſi cum ambitiões noſtra tẽ
pora poſtulabant:& clariſſimos uiros eſſe uidimus:& hodie eẽ uidem⁹ q̃ plurimos gratioſos. Decuriatio
tribulium:deſcriptio populi ſuffragia largitione deuincta ſeueritatem Senatus & bonorũ omniũ uim ac
dolorem excitauerunt.Hæc doce.hæc profer huc incumbe Laterenſis:decuriaſſe Planciũ:conſcripſiſſe: ſe
queſtrem fuiſſe:pnunciaſſe:diuiſiſſe:tum mirabor te his armis uti:quæ tibi lex dabat noluiſſe.Tribulibus
enim iudicibus non modo ſeueritatem illorum ſi iſta uera ſint:ſed ne uult⁹ quidem ferre poſſem⁹:hãc
tu rationem cum fugeris:cumq; hos iudices habere nolueris:quorum in eius delicto tum ſciẽtia certiſſi
ma:tum dolor grauiſſimus eſſe debuerit:quid apud hos dices q abs te taciti requirũt cur hoc ſibi oneris
impoſueris:cur ſe potiſſimum delegeris:cur denique ſe diuinare malueris.q̃ eos qui ſcirẽt iudicare?Ego
Plancium Laterẽſis & ipſum gratioſum eſſe dico:& habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos:
quos tu ſi ſodales uocas:officioſam amicitiam nomine inquinas crimino ſo.ſin quia gratioſi ſunt accu-

ſandos putas:noli mirari te id quod tua dignitas poſtularit repudiãdis gratioſoꝝ amicitiis nõ eſſe aſſecu
tum:Iam ut ego doceo gratioſum eſſe tribubus Planciumq; multis benigne fecerit:ꝑ multis ſpoponde
rit in operas plurimos patris auctoritate & gratia miſeritq; deniq; omnibus officiis per ſe ꝑ patrem ma
iores ſuos totam Atinatem præfecturam comprehenderit:ſic tu doce ſequeſtrem fuiſſe largitiũ eſſe:con-
ſcripſiſſe tribules:decuriaſſe.quod ſi non potes.noli tollere ex ordine noſtro libertatem:noli maleficiũ
putare eſſe gratiam:noli obſeruantiam ſancire pœna.Itaq; hæſitantem te in hoc ſodalitiorum tribuario
crimine ad communem ambitus cauſam contuliſti:In qua deſinamus aliquando ſi uidetur uulgari & ꝑ
uagata declinatione cõtẽdere.ſic.n.tecum ago:quam tibi commodum eſt Vnam tribum delige:tũ do-
ce id quod debes per quam ſequeſtrem:quo diuiſore corrupta ſit:ego:ſi id facere non potueris:quod ut
opinio mea fert ne incipies quidem:per quem tulerit docebo:eſt ne hæc uera contentio?placet ne ſic agi?
non poſſum magis pedẽ conferre:ut aiunt:aut propius accedere:quid taces?quid diſſimulas?qd tergiuer
ſaris?etiam atq; etiam inſto atq; urgeo.Inſector:poſco:atq; adeo flagito crimen quãcunque tribum iquã
delegeris:quam tulerit Plancius.tu oſtendito ſi poteris uitium:ego qua ratiõe tulerit docebo:ne erit hæc
alia ratio Plancio atq; Laterẽſi:nã ut ſi quas tribus tu tuliſti ſuam ſententiam ex te requiram poſſis.quoꝝ
ſtudio tuleris explicare:ſic ego contendo me tibi aduerſario cuiuſcunq; tribus rationem popoſceris red-
diturum.Sed cur ego ſic ago?quaſi nõ comitiis iam ſuperioribus ſit Plãcius deſignatus ædilis:quæ comi
tia primum habere cœpit conſul cum omnibus in rebus ſumma auctoritate tum earum ipſaꝝ legũ am-
bitus auctor:deinde habere cœpit ſubito præter opinionem omniũ:ut ne ſi cogitaſſet quidẽ quiſpiam lar
giri:daretur ſpacium comparandi:uocatæ tribus:latum ſuffragium:deſcriptæ:renũciatæ:longe plurimũ
ualuit Plancius:nulla largitiõis nec fuit nec eſſe potuit ſuſpicio.An tandem una centuria ꝓrogatiua tan-
tum habet auctoritatis:ut nemo eam prior unquam tulerit:quin renunciatus ſit:aut his ipſis comitiis con
ſul:aut certe in illum annum ædilem tu Plancium factum eſſe miraris:in quo nõ exigua pars populi:ſed
uniuerſus populus uoluntatem ſuã declararit?cuius in honore nõ unius tribus pars:ſed comitia tota co
mitiis fuerint prærogatiua.quo quidem tempore ſi id Laterenſis facere uoluiſſes:aut ſi grauitatis eẽ putaſ
ſes tuæ:quod multi nobiles ſæpe fecerunt:ut cum min⁹ ualuiſſent ſuffragiis quam putaſſent:poſtea pro
latis comitiis proſternerent ſe &.P.R.fracto animo atq; humili ſupplicarẽt:nõ dubito quin omnis ad te
conuerſura ſe fuerit multitudo.Nunquã.n.nobilitas integra præſertim atq; inocens Po.Ro.ſupplex re-
pudiata fuit.Sed ſi tibi grauitas tua & magnitudo animi pluris fuit ſicut eẽ debuit q̃ ædilitas:noli cum ha
beas id quod malueris deſiderare id quod minoris putaris.Egdem primum ut honore dign⁹ eſſem ma
xime ſemper laboraui:ſecũdo ut exiſtimarer:tertium mihi fuit illud quod pleriſq; primum ẽ:ipſe honos
qui iis deniq; debet eſſe iucundus:quorum dignitati Po.Ro.teſtimoniũ:non beneficiũ ambitioni dedit.
Quæris etiam Laterẽſis quid imaginibus tuis:quid ornatiſſimo atq; optio uiro patri tuo reſpõdeas mor-
tuo.Noli iſta meditari:atq; illud caue potius ne tua iſta q̃rela dolorq; nimi⁹ ab illis ſapiẽtiſſimis uiris rep-
hendatur.Vidit enim pater tuus Appium Claudium nobiliſſimum hominem uiuo patre ſuo potẽtiſſi-
mo & clariſſimo ciue.C.Clodio ædilem non eſſe factum:& eũdem ſine repulſa factum eſſe cõſulem:Vi
dit hominem maxime ſibi cõiunctum egregium uirum.L.Volcatium.Vidit.M.Piſonem in iſta ædilita-
te offenſiũcula accepta ſummos a Po.Ro.eſſe honores adeptos.Auus uero tu⁹ &.P.Naſicæ tibi ædilitiã
prædicaret repulſam:quo ciue neminem ſtatuo ego i hac Rep.fortiorem:&.C.Marii q duab⁹ ædilitatis ac
ceptis repulſis ſepties conſul eſt factus?&.L.Cæſaris.Cn.Octaui.M.Tulli.quos omnes ſcimus ædilitate ꝓ
teritos conſules eſſe factos.Sed qd ego ædilitias repulſas colligo:quæ ſæpe eiuſmodi habitæ ſunt:ut iis q
præteriti eſſent:benigne a populo factum uideretur.Tribun⁹ militum.L.Philipp⁹ ſumma nobilitate &
eloquẽtia quæſtor.Q.Cæcilius clariſſimus atq; fortiſſimus adoleſcens.tribunuſ plebis.Rutili⁹ ruffus.C.
Fimbria.C.Caſſius.Cn.Oreſtes facti non ſunt:quos tamen omnes cõſules factos ſcim⁹ eſſe.Quæ tibi ul
tro pater & maiores tui non conſolandi tui gratia dicerent.neq; uero quo te liberent aliqua culpa quã tu
uereris ne a te ſuſcepta uideatur:ſed ut te ad curſum iſtum tenendum:quẽ a prima ætate ſuſcepiſti cohor
tentur.Nihil eſt.enim mihi crede Laterenſis de te detractum.detractum dico ſi mehercule uere qd᷑ acci-
dit interpretari uelis:eſt aliquid etiam de uirtute ſignificatum tua.Noli enim exiſtimare nõ magnũ quẽ
dam motum fuiſſe illius petitiõis tuæ de qua ne aliquid iurares deſtitiſti.denũciaſti homo adoleſcẽs qd
de ſumma Repu.ſentires:fortius tu quidem quã nonnulli defuncti honoribus:ſed aperti⁹ quam uel am
bitiõis uel ætatis tuæ ratio poſtulabat.Quamobrem in diſſentiẽte populo noli putare nullos fuiſſe:quoꝝ
animos tuus ille fortis animus offenderet:qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerũt:ꝓ
uidentem ante & præcauentem nunquam certe mouebũt.An te illa argumẽta duxerũt dubitaris iquit
quin coitio facta ſit cum trib⁹ pleraſq; cum Plotio tulerit Planci⁹?an uita fieri potuerunt ſi una tribus non
tuliſſet:an non nullas punctis pene totidem:quippe cum iam factis ꝓpe ſuperioribus comitiis:declaratiq;
ueniſſent:q̃q̃ ne id quidẽ ſuſpicionem coitionis habuerit.neq;.n.unquam maiores noſtri ſortitiõem cõ
ſtituiſſent ædilitiam:niſi uiderent accidere poſſe:ut competitores pares ſuffragiis eẽnt:& a is prioribus co
mitiis Anienſem a Plotio:terrentinam a Plancio tibi eſſe conceſſam.nunc ab utroq; eas auulſas ne in an
guſtum uenirent q̃ conuenit nondum cognita populi uoluntate:hos quos iam tum cõiũctos fuiſſe dicis
iacturã ſuaꝝ tribuũ:quo uos iuuarent feciſſe.eoſdẽ cũ iam eſſent experti quid ualerent reſtrictos & tẽaces
fuiſſe.&.n.uerebant credo anguſtias:q̃ſi res i cõtẽtionẽ aut i diſcrimẽ aliquod poſſit uẽire:ſed tamẽ tu an
Plotiũ uiꝝ ornatiſſimũ i idem crimen uocãdũ iudicas eum te arripuiſſe a quo nõ ſis rogatus?Nã quod q̃-
ſtus es plures te teſtes habere de uoltinia:quã q̃ i ea tribu pũcta tuleris:iudicas aut eos teſtes te adducere

qui quia nummos acceperint te prætérierit:aut te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe.Illud uero
crimen de nummis quos in circo flaminio deprebenſos eſſe dixiſti:caluit re recenti:nūc in cauſa refrixit.
nequæ enim qui illi nūmi fuerint:nec quæ tribus:nec qui diuiſor oſtēderas:atquæ is quidē eductus ad cō
ſules:qui tū in crimen uocabatur:ſe iniquæ a tuis iactari grauiter querebatur.Qui ſi erat diuiſor præſertim
eius quem tu habebas reum:cur abs te reus non eſt factus?cur nō eius damnatiōe aliquid ad hoc iudiciū
præiudicii cōparaſti?Sed nequæ tu habes hæc:neq; eis confidis.alia te ratio:alia cogitatio ad ſpē huius op
primendi excitauit.Magnæ ſunt i te opes:late patet gratia:multi amici:multi cupidi tui:multi fautores lau
dis tuæ:multi huic inuident:multis etiā pater optius uir nimiū retinens equeſtris iuris & libertatis uidet.
multi etiā cōmunes inimici rerū oium:qui ita ſemper teſtimoniū de ambitu dicunt:quaſi aut moueāt ani
mos ſuis teſtimoniis:aut gratū Popu.Ro.ſit:aut ab eo facilius ob eā cauſam dignitatē q̄ uolunt conſequā
tur.Quibus cū me iudices pugnantē meo more priſtino non uidebitis:non quo mihi fas ſit quicquā effu
gere quod ſalus Planci poſtulet.Sed quia neq; neceſſe eſt me id perſequi uoce:quod uos mēte uideatis:
& quod ita de me meriti ſunt illi:quos ego teſtes uideo paratos:ut eorū reprehenſionē uos ueſtræ prudē
tiæ aſſumere:meæ modeſtiæ remittere debeatis.Illud unū uos magnopere oro atq; obſecro iudices cū
huius quem defendo:tū cōmunis periculi cauſa:ne fictis auditionibus:ne diſſeminato diſperſoq; ſermo
ni fortunas innocentiū ſubiiciendas putetis:multi amici accuſatoris:nonnulli etiā noſtri iniqui:multi cō
munes obtrectatores ac omniū inuidi multa finxerunt.Nihil eſt autē tā uolucre q̄ maledictū:nihil facilius
emittitur:nihil citius excipit̃ : latius diſſipatur.Neq; ego ſi fontē maledicti repenetis:ut negligatis:aut diſ
ſimuletis:unquā poſtulabo.Sed ſi quid ſine capite manabit:aut quid erit eiuſmodi:ut non extet auctor q
audierit:aut ita negligens uobis eſſe uidebitur:ut unde audierit oblitus ſit:aut ita leuē habebit auctorē:ut
memoria dignum non putarit:huius illa uos uulgaris auditu ne quid reo inocēti noceat oram⁹.Sed ue
nio iam ad Luciū Caſſium ad familiarē meū cuius ex oratione ne illū quidē inuētū tecū expoſtulaui:quē
ille omni & uirtute & humanitati ornatus adoleſcens primū de plebe ædilem curulem factum eſſe dixit:
in quo Caſſi ſi illa tibi reſpondeam:neſciſſe id Populum Romanum neq; fuiſſe quid nobis narraret p̄
ſertim mortuo Longino:non ut opinor admirere:cū ego ipſe non abhorrēs a ſtudio antiq̄tatis:me hic
id ex te primum audiſſe cōfitear:& quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio:digna eqtis Ro.cō
tra quem agebas uel ſtudio uel pudore:quoniamq; ſic ab his auditus es:ut magn⁹ honos & īgenio & hu
manitati tuæ tribueretur:reſpondebo ad ea quæ dixiſti:quæ pleraq; de ipſo ſine fuerunt:in qbus ipſi acu
lei ſi quos habuiſti in me repræhendo:tamen mihi non ingrati acciderunt. Quæſiſti mihi putarē equitis
Roma.filio faciliorē fuiſſe ad adipiſcendos honores uiam:an futuram eſſe filio meo:q3 eſſet familia cōſu
lari. Ego uero q̄q̄ omnia illi malo q̄q̄ mihi:tamen illi honorum aditus nūquā faciliores optaui q̄ mihi fue
runt:quin ēt ne forte ille ſibi me potius peperiſſe iam honores q̄ iter demonſtraſſe adipiſcendorū putet:
Hæc illi ſoleo præcipere:q̄q̄ ad p̄cepta ætas nō eſt gnati:quæ ille a Ioue ortus ſuis p̄cipit filiis Vigilandū ē
ſemper:multæ īſidiæ ſunt bonis noſtris:cæteraq; nō me id quod multi uideant:quæ ſcripſit grauis & inge
nioſus poeta:ſcripſit:non ut illos regios pueros:q iam nuſquam erāt:ſed ut nos & noſtros liberos ad la
borem & laudem excitaret.Quæris qd potuerit amplius aſſeq Plancus ſi.Cn.Scipionis fuiſſet fili⁹:magis
ædilis fieri nō potuiſſet.ſed hoc p̄ſtare:q ei minus inuideretur:& enim honorꝫ gradus ſummis hominib⁹
& īfimis ſunt pares:gloriæ diſpares.Quis noſtrū ſe dicit.M.Curio:qs.C.Fabritio:qs.P.Duellio parem:qs
Attilio Calatino:qs.Cn.&.P.Scipionibus:qs Africano:Marcello:Maximo:Eoſdem ſumus honorꝫ gra
dus quos illi aſſecuti.Eſt enim in uirtute multis aſcenſus.ut is gloria maxime excellat:q uirtute plurimū p̄
ſtet.honorum populi finis eſt conſulatus:quem magiſtratum iam octingenti fere cōſecuti ſunt.horum ſi
diligenter quæras:uix decimā partē repenes gloria dignā.Sed nemo unquā ſic egit ut tu.cur iſte ſit cōſul:
qd potuit amplius ſi.L.Brutus eſſet:q ciuitatē dominatu regio liberauit:honore nihil ampli⁹:laude mul
tum:Sic igitur Plācius nihilomin⁹ quæſtor eſt factus:& tribunus plebis & ædilis q̄ ſi eſſet ſummo loco na
tus.Sed hæc pari loco orti ſunt innumerabiles alii cōſecuti.profers triumphos.T.&.C.Marii:& quæris qd
ſimile i Plācio : quaſi uero iſti quos memoras propterea magis laude fuerint digni q triumpharēt:& nō
quia commiſſi ſunt his magiſtratus:i quibus re bene geſta triumpharent.Rogas quæ caſtra uiderit:q mi
les in creta hoc Imperatore:& tribunus in macedonia militum fuerit:& quæſtor tātū ex re militari detra
xerit temporis:quam tu in me cuſtodiendum tranſferre malueris.Quæris num diſertus:immo id quod
ſecundum eſt:ne ſibi quidem uidetur.Num iuris cōſultus:quaſi quiſq̄ ſit qui ſibi hūc:falſum de iure reſpō
diſſe dicat.Omnes enim iſtius modi artes in his rep̄henduntur.q cum profeſſi fuerint:ſatiſfacere nō poſ
ſunt:non in iis q abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur.Virtus:probitas:integritas in cādidato:nō linguæ uo
lubilitas:non ars:non ſcientia requiri ſolet.Vt nos in mancipiis parandis q̄uis frugi hominem ſi p̄ fabro
aut pro textore emimus:ferre moleſte ſolemus:ſi eas artes quas in emēdo ſecuti ſum⁹ forte neſciuerit.ſin
emimus quem uillicum imponeremus:quem pecori præficeremus:nihil in eo niſi frugalitatē:laborem
uigilantiam eſſe curamus:Sic Populus Ro.deligit magiſtratus:quaſi Reipu.Villicos:In quibus:ſi qua p̄
terea eſt ars:facile patitur.ſin minus:uirtute eorum & inocentia cōtentus eſt.Quotus.n.qſq; diſertus:quo
tus quiſq; iuris peritus eſt:ut eos numeres qui nolunt eſſe.q ſi præterea honore dign⁹ nemo eſt:qduam
tot optimis & ornatiſſimis ciuibus eſt futurum:Iubes Plancium de uitiis Laterēſis dicere:nihil poteſt:niſi
eum nimis in ſe iracūdum putabis fuiſſe:Idem effers Laterēſem laudibus:facile patior id te agere multis
uerbis:quod ad iudicium non ptineat:& id te accuſatorem tam diu dicere:q ego defenſor ſine p̄iculo poſ
ſum confiteri.atqui non modo confiteor ſumma in Laterenſe ornamenta eſſe:ſed te etiam repræhēdo

ꝙ ea nõ enumeres:alia quædã inania & leuia cõquiras.Preneſte feciſſe ludos:quid?alii quæſtores nõ ne
fecerunt?cyrenis liberalem in publicanos:iuſtum ĩ ſocios fuiſſe:quis negat?Sed ita multa Romæ gerũt
ut uix ea quæ fiunt in prouinciis audiãtur .Non uereor ne mihi aliquid iudices nideat arrogaſſe:ſi de quæ
ſtura mea dixero:quanuis enim illa floruerit:tamẽ eum me poſtea fuiſſe:mehercule ĩ maximis arbitror:
ut nõ ita mihi multum ſit ex quæſturæ laude repetendum:ſed tamen nõ uereor nequis audeat dicere ul
lius ĩ Sicilia quæſturam aut gratiorem aut clariorem fuiſſe.Vere meherrule hoc dicam:ſic tũ exiſtimabã
nihil homines aliut Romæ:niſi de quæſtura mea loqui.Frumenti in ſumma caritate maximum numeꝝ
miſeram:negociatoribus comis:mercatoribus iuſtus:municipibns liberalis:ſociis abſtinẽs omnibus erã
uiſus i omni officio diligẽtiſſimus.Excogitati quidam erãt a ſiculis honores in auditi.Itaq; hac ſpe dece
debam:ut mihi populum Roma.ultro omnia delaturũ putarem.At ego cũ caſu diebus his itineris faciẽ
di cauſa decedẽs e prouincia puteolos forte ueniſſem:cũ plurimi & lautiſſimi ſolent eſſe in his locis:con
cidi pene iudices·cũ ex me quidam quæſiſſet quodie Roma exiſſem:& nunquid in ea eſſet noui.Cui cũ
reſpõdiſſem mea e prouincia decedere:etiã mehercules inquit ut opinor ex Africa:huic ego iam ſtoma
chans faſtidioſe:immo e Sicilia inquam.Tum quidã quaſi qui omnia ſciret:quid tu?neſcis iquit hunc ſy
racuſis quæſtorẽ fuiſſe:quid multa?deſiſti ſtomachari:& me unum ex iis feci:qui ad aquas ueniſſẽt.Sed
ea res iudices haud ſcio an plus mihi profuerit ꝙ̃ſi mihi tũ eſſent omnes congratulati.Nam poſtea ꝙ̃ ſen
ſi.Popu.Roma.aures hebetiores:oculos acres atque acutos habere:deſtiti quid de me audituri eſſẽt homi
nes cogitare:feci ut poſtea quotidie præſentem me uiderent:abitaui in oculis:preſſi eorum neminem:a
cõgreſſu meo:neq; ianitor meus nequæ ſomnus abſterruit.Et quid dicam de occupatis meis temporib⁹
cui fuit negociũ quidem nunq̃ ocioſum?Nam quas tu commemoras caſſi legere te ſolere oraciones cum
ocioſus ſis:has ego ſcripſi rudis & ferus:ne omnitio unq̃ eſſẽ ocioſus.Et enim marci catõis illud quod i
principio ſcripſit originum ſuarum ſemper magnificum & præclarũ putaui:clarorum uirorum atq; ma
gnorum non minus ocii ꝙ̃ negocii ratiõem extare oportere.Ita ſi quã habeo laudem:quæ quanta ſit ne
ſcio·parta Romæ eſt:quæſita in foro meaq; priuata cõſilia publici quoquæ caſus comprobauerunt:ut eti
am ſũma Rep.mihi domi fuerit gerenda:& urbs in urbe ſeruanda Eadem igitur Caſſi uia munita Late
renſi eſt.Idem uirtutis curſus ad gloriã:hoc facilior fortaſe:ꝙ ego huc a me ortus & per me nixus aſcẽdi:
iſtius egregia uirtus adiuuabitur comendacione maiorum.Sed ut redeã ad Planciũ:nunq̃ ex urbe abſu
it:niſi forte lege:neceſſitate:nõ ualuit reb⁹ iiſdẽ quibus fortaſſe nõnulli:at ualuit aſſiduitate:at ualuit ſer
uãdis amicis:ualuit liberalitate:fuit ut ĩ oculis:petiuit:eſt uſus ratione:ꝙ̃ minima inuidia:noui hoies plu
rimi eoſdem honores cõſueti ſunt.Nam quod ais Caſſi nõ plus me Plãcio debere quã bonis omnibus
& his æque mea ſalus cara fuerit:ego me debere bonis omnib⁹ fateor:ſed etiã il quibus ego debeo boni
uiri & ciues comitiis æditiliis aliquid ſe meo nomie debere Plãcio dicebãt.Verum fac me multis debeꝛ
& in his Plãcio:utrum igitur me conturbare oportet?an cæteris cum cuiuſquæ dies uenerit:hoc nomen
debitoris quo urget nunc competitor diſſoluere : ꝙ̃ꝙ̃ diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ Nam qui pe
cuniam diſſoluit:ſtatim non habet id quod reddidit:qui autem debet is retinet alienum gratiam autem &
qui refert habet:& qui habet:ĩ eo ipſo ꝙ habet refert.Nequæ nunc ego Plãcio deſinã debere:ſi hoc ſolue
ro:nec minus ei redderem uoluntate ipſa:ſi hoc moleſtiæ nõ accidiſſet.Quæris a me Caſſi quid ꝓ fratre
meo qui mihi eſt cariſſimus:quid pro meis liberis quibus nihil poteſt mihi eſſe iucundius:amplius ꝙ̃ pro
Plancio facio:facere poſſum:nec uides iſtorum ipſorum caritate ad huius ſalutẽ defendẽdam maxie ſti
mulari me atq; excitari.Nam neq; illis huius ſalute a quo meam ſciunt eſſe defenſam quicq̃ eſt optati⁹:&
ego ipſe nunq̃ illos aſpicio:quin per hunc me his conſeruatũ eſſe meminerim:hui⁹ meritum i me recor
dor.Opimum damnatum eſſe commemoras ſeruatorem ipſum Reipubli.Calidiũ adiungis:cuius lege
Qu.Metellus i ciuitatem ſit reſtitut⁹:repræhendis meas pro Plãcio preces:ꝙ nec Optimius ſuo nomine
liberatus ſit:nec.Qu.Metelli Calidus de Calidio tantum tibi reſpõdeo:quod ipſe uidi.Qu.Metellum Pi
um cõſulem prætoriis comitiis petente.Quinto calidio.Populo Romano ſupplicaſſe:cum quidem nõ
dubitaret & conſul & homo nobiliſſimus patronum illum eſſe ſuũ:familiæ ſuæ nobiliſſimæ dicere:quo
loco quæro ex te num id in iudicio Cladii putes quod ego i Plancio facio:aut metellũ Piũ ſi Romæ eſſe
potuiſſet:aut patrem eius ſi uixiſſet nõ fuiſſe facturum.Nam Opimii quidem calamitas utinam ex homi
num memoria poſſet euelli : uulnus illud Reip.dedecus huius imperii turpitudo Po.Ro. non iudici
um putãdum eſt:quam enim illi iudices ſi iudices:& nõ parricidæ patriæ nominandi ſunt : grauiorem
potuerunt Reipu . infligere ſecurim?qua cum illum e ciuitate eiecerunt:qui prætor finitimo:conſul do
meſtico belo Remp. liberat?At enim nimis ego magnum beneficium Plancio & ut ais id uerbis exagge
ro:quaſi uero me tuo arbitratu & non meo gratum eſſe oporteat:quod iſtius tãtum meritum inquit ſ an
quia te non iugulauit?immo uero quia iugulari paſſus nõ eſt:quo gdem tu loco Caſſi etiam purgaſti ini
micos meos:meæq; uitæ nullas ab illis iſidias fuiſſe dixiſti:poſuit hoc idem Laterenſis:quãobrem de iſto
paulo poſt plura dicam:de te tantum requiro:utrum putes odium mediocre ĩ me inimicoꝝ fuiſſe quod
fuit illorum tantum requiro?Vtrum putes odium unq̃ barbaroꝝ tam immane actam crudele i hoſtem
An fuiſſe in his aliquem aut famæ metum aut pœnæ?quorum uidiſti toto illo anno ferrũ in foro?flam
mã in delubris?uim ĩ tota urbe ucrſari?niſi exiſtimas eos icc irco uitæ meæ pepercſſe: qꝰ de reditu meo
non timerent.& quẽq̃ putas fuiſſe tam excordem quiuis his ſtante urbe & curia redituꝝ me ſi uiuerẽ nõ
putaret?Quamobrem non debes is homo & is cuius prædicare uitam meam:quæ fidelitate amicorum

cõſeruata ſit:inimicorum moleſtia nõ eſſe appetitam.Reſpondebo tibi nunc Laterẽſis minus fortaſſe ue
hementer:q̃ abs te ſum prouocatus.ſed profecto nec cõſiderate minus:nec minus amice.Nã primũ illud
fuit aſperius:me quæ de Plancio dicerem:mẽtiri:& temporis cauſa fingere ſcilicet homo ſapiẽs excogita
ui quamobrem uiderer maximis beneficii uinculis obſtrictus:cum liber eſſem & ſolutus.Quid enim mi
hi ad defendendum Plancium parum multæ:parum iuſtæ neceſſitudies erãt familiaritatis:uicinitatis:pa
tris amicitie? Quæ ſi non eſſent:uereor credo ne turpiter facerem:ſi hoc ſplendore & hac dignitate homi
nem defenderẽ.fingenda fuit mihi iudices cauſa peracuta:ut ei quem mihi debere oporteret:ego me oĩa
debere dicerem.At id etiam gregarii milites faciunt inuiti:ut coronam dent ciuicã:& ſe ab aliquo ſerua
tos eſſe fateantur:non quo turpe ſit protectum in acie hoſtium manibus eripi:Nã id accidere niſi forti ui
ro& pugnanti cominus non poteſt:ſed onus beneficii reformidant:q permagnum eſt alieno debere idẽ
quod parenti:Ego cũ cæteri uera beneficia:etiam minora diſſimulent:ne obligati eſſe uideãtur:eo me be
neficio obſtrictum eſſe ementior:cui ne referri quidem gratia poſe uideaſ.An hoc tu Laterẽſis ignoras?
qui cum mihi eſſes amiciſſimus:cum uel periculum uitæ tuæ mecum ſociare uoluiſſes cũ me in illo tri
ſti & acerbo luctu atq; diſceſſu non lachrymis ſolum tuis:ſed animo:corpore:copiis ꝓſecutus eſſes:cum
meos liberos & uxorem me abſente tuis opibus auxilioq; defendiſſes:ſic mecũ ſemper egiſti te mihi re
mittere atque concedere ut omne ſtudiũ meum in.Cn.Planci honore conſumerẽ:q eius in me meritũ
tibi etiam gratum eſſe dicebas.Nihil autem me noui:nihil temporis cauſa dicere:nõne etiam illa teſtis ẽ
oratio:quæ eſt a me prima habita i Senatu?in qua cum per paucis nominatim egiſſem gratias:q oẽs enu
merari nullo modo poſſent:ſcelus autem eſſet quẽq̃ preteriri:ſtatuiſſemq; eos ſolũ nominare:qui cauſæ
noſtræ:duces & quaſi ſigniferi fuiſſent:in his Plancio gratias egi?Reciteturq; oratio:quæ ꝓpter eius ma
gnitudinem dicta ſcripta eſt:in qua ego homo aſtutus ei debeam:cui nihil magnopere deberẽ & huius
tanti officii ſeruitutem aſtringã teſtimonio ſempiterno.Nolo cætera quæ a me mandata ſunt litteris reci
tare prætermitto ne aut proferre uidear ad tempus:aut eo uti genere litterarũ:quod meis ſtudiis aptius
q̃ conſuetudini iudiciorum eſſe uideatur.Atque etiam clamitas Laterenſis:quouſq; iſta dicis?nihil i Cy
prio profeciſti:abſolutæ ſunt iam ꝑces tuæ:de cyprio mihi uidetur obiices:quẽ ego de me benemeritum:
q̃ a te teſte cognoueram:te eodem auctore defendi & ei dices quouſq;:quem negas:quod pro cyprio cõ
tenderim impetrare potuiſſe?Nam iſtius uerbi quouſq; hæc poterat eſſe inuidia?datus eſt tibi ille cõdo
natus ille:nõ facis finem?ferre non poſſumus.Ei quidem qui pro uno laborarit:& ipſũ id nõ optinuerit:
dici quouſq; irridentis magis eſt q̃ reprehendentis:niſi forte ego unus ita me geſſi i iudiciis:ita & cũ his
& inter hos uixi.is i cauſis patronus.Is in Rep.ciuis & ſum & ſemper fui:ſolus ut a te conſtituarq nihil a
iudicibus debeã unq̃ impetrare:& mihi lachrymulam cypriani iudicii obiectas.ſic enim dixiſti.Vidi ego
tuam lachrymulam:uide q̃ me uerbi tui pœniteat.non modo lachrymulã ſed multas lacrhymas & fletũ
cũ ſingultu uidere potuiſti.An ego qui meorum lachrymis me abſente cõmotus ſimultates quas mecũ
habebat depoſuiſſet meæq; ſalutis & non modo non oppugnator ut inimici mei putarẽ:ſed etiã defen
ſor fuiſſet:huius in periculo non dolorẽ meum ſignificarem:tu autem Laterenſis qui tũ lachrymas me
as gratas eſſe dicebas:nunc eaſdẽ uis inuidioſas uideri?Negas tribunatum Planci quicq̃ attuliſſe adiumẽ
ti dignitati meæ:atq; hoc loco quod ueriſſime facere potes.L.Racilii fortiſſimi & conſtantiſſimi uiri diui
na in me merita commemoras:cui quidem ego ſicut in Plãcio nunquam diſſimulaui me plurimum de
bere.ſemperq; ꝑme feram:nullas enim ſibi ille neq; contentiones neq; inimicitias:neq; uitæ dimicatio
nes:neq; pro Repub.neq; pro me defungendas putauit.Atq; utinam quam ego ſum in illum gratus:tã
licuiſſet per hominum uim & iniuriam pro Po.Ro.ei gratiam referri.ſed ſi non eadem contẽdit in tribu
natu Plancius:extimare debes non huic uoluntatẽ defuiſſe:ſed me cum iam Plãcio:deberẽ Marci Raci
lii beneficiis fuiſſe contẽtum.An uero putas iudices iccirco minus mea cauſa facturos:q me eſſe gratũ cri
mineris?An cum Populus Romanus:illo.S.C.quod in monumento Marii factũ eſt:quo mea ſal' om
nibus eſt gentibus commendata uni Cneo Plancio gratias ægerit:Vnus enĩ fuit de magiſtratibus aut ꝓ
magiſtratibus defenſor ſalutis meæ:cui Senatus pro me gratias agẽdas putauit:ei ego a me referẽdã gra
tiam non putẽ?Atq; eum uidens:quo me tandem animo in te putes eſſe Laterenſis?Vllum eſſe tantum
periculũ:tantum laborem:tantam contentionem:quam ego non modo pro ſalute tua:ſed etiam pro di
gnitate defugerem?Quo quidem magis etiam ſum non dicam miſer:natura quidem abhorret a uirtute
uerbi:ſed certe exercitus:non quia multis debeo(leue enim onus:beneficii gratia)ſed quia ſæpe cõcurit
propter aliquorum de me meritorum inter ipſos contentiones:ut eodẽ tempore i omnes uerear:ut uix
poſſim gratus uideri:ſed ego hoc meis ponderibus examinabo non ſolũ quid cuiq; debeam:ſed etiã qd
cuiuſq; interſit:& qd a me cuiuſq; tempus poſcat.Agitur ſtudium tuum:uel etiã ſi uis exiſtiatio laſis ædili
tatis:at.Cn.Plancii ſalus:patria:fortunæ ſaluum tu me eſſe cupiſti:hic fecit ut etiam eſſe poſſem diſtineor
tamen & diuellor dolore:& in cauſa diſpari offendi te a me doleo:ſed mediusfidius multo citius meam
ſalutem pro te obiecero q̃:Cn.Planci ſalutem tradidero contentioni tuæ.Etenim iudices cum omnibus
uirtutibus me affectum eſſe cupio:tum nil eſt quod malim q̃ me & gratum eſſe & uideri . Hæc eſt enim
una uirtus non ſolum maxima:ſed etiam:mater uirtutum omnium reliquarum. Quid eſt pietas niſi uo
luntas grata in parentes?qui ſunt boni ciues?qui belli?qui domi de patria benemerentes:niſi qui patriæ
beneficia meminerunt?Quid ſancti:qui religionum colentes:niſi q meritã diis imortalibus gratiam iu
ſtis honorib' & memori mẽte pſoluunt?q̃ pōt eẽ iucunditas uitæ ſublatis amicitiis?q̃ porro amicitia po

teſt eſſe inter ingratos?Quis eſt noſtrum liberaliter educatus:cui nõ educatores:cui nõ magiſtri fui atq;
doctores:cui non locus ille mutus ubi ipſe alitus atq; doctus eſt cum grata recordatione in mẽte uerſet:
cuius opes tante eſſe poſſunt:aut unq̃ fuerunt:quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſint?Quæ
certe ſublata memoria & gratia nulla extare poſſunt.Equidem nil tam propriũ hominis exiſtimo q̃ non
modo beneficio ſed etiam beniuolentiæ ſignificatione alligari.Nihil porro:tam inhumanum:tam ima-
ne:tam ferum q̃ committere ut beneficio non dicam indignus:ſed uictus eſſe uideare. Quæ cũ ita ſint:iã
ſuccumbam Laterenſis iſti tuo ori nimio i eo i quo nihil poteſt eſſe nimium(quoniam ita tu uis)nimiũ
me gratum eſſe concedam:petamq; a uobis iudices ut eum beneficio complectamini:quẽ qui reprehen
dit in eo reprehendit:quod præter modum gratum eſſe dicat.Neq; enim ad negligendã meam gratiã
debet ualere quod dixit idẽ uos nec nocẽtes nec litigioſos eſſe:quo min' me apud uos ualere oporteret:
q̃ſi uero in amicitia mea non hæc præſidia ſi qua forte ſunt in me:parata ſemper amicis eſſe maluerim:q̃
neceſſaria.Etenim ego de me tantum audeo dicere amicitiam meam uoluptati pluribus quã ꝓſidio fu-
iſſe: meq; uehemẽter uitæ meæ pœniteret ſi i mea familiaritate locus eſſet nemini niſi litigioſo aut nocẽ
ti.Sed hoc neſcio quo modo frequẽter i me cõgeſſiſti:ſaneq; i eo creber fuiſti:te iccirco i locos cauſam co-
niicere noluiſſe:ne ego mea cõſuetudine aliquid de thenſis miſericordiæ cauſa dicerẽ:quod i aliis ædili-
bus ante feciſſem:non nihil egiſti hoc loco:nam mihi eripuiſti ornamẽtũ orationis meæ: deridebor ſi mẽ
tionem thenſarum fecero:cum tu id ꝓdixeris:ſine thenſis autem quid potero dicere?Hic etiam addidiſti
me iccirco mea lege ex iſto ambitu traxiſſe:ut miſerabiliores epilogos poſſem dicere. Nũ uobis uideor
cum aliquo declamatore non cauſa laboris & fori diſputare?Rhodi eni inquid nõ fui:me uult fuiſſe ſed
fui inquit:putabam in uaceis dictuꝝ bis in bithynia:ſi locus habet reꝓhenſionis anſam aliquam: ne-
ſcio cur ſeueriorem niceam putes q̃ Rhodum:ſi ſpectanda cauſa eſt & tu in Bithynia ſumma cũ dignitate
fuiſti:& ego Rhodi non minore.Nam quod in eo me reꝓhendiſti quod nimium multos defenderẽ:uti
nam & tu qui potes:& cæteri qui defugiunt:uellent me labore hoc leuare:ſed fit ueſtra diligẽtia qui i cau-
ſis ponderandis omnes fere repudiatis:ut ad nos pleraq; cõfluant:qui miſeris & laborãtib' nihil negare
poſſumus.Admonuiſti etiam ꝙ in creta fuiſſes:dictum aliquod in petitiõe tua dici potuiſſe: me id ꝑdidiſ
ſe.Vter igitur noſtrum eſt cupidior dicti:ego ne qui quod dici potuit nõ dixerim:an tu qui etiam ipſe i te
dixeris:tu aiebas de tuis reb' geſtis nullas litteras miſiſſe:ꝙ mihi meæ quas ad aliquẽ miſiſſem obfuiſſet
quas ego mihi obfuiſſe nõ intelligo.Reip.uideo ꝓdeſſe potuiſſe.Sed ſũt hæc leuiora:illa uero grauiora
atq; magna quod meum diſceſſum quẽ ſæpe defleras:nunc quaſi reꝓhendere & ſubaccuſarẽ uoluiſti dixi
ſti enim non auxilium mihi:ſed me auxilio defuiſſe.Ego uero fateor me quod uideri mihi auxiliũ non
deeſſe.Icirco me illi auxilio me peperciſſe.Quis enim ſtatus·quod diſcrimẽ quæ fuerit in Repu.tẽpeſtas
illa:quis neſcit?Tribunitius me terror:an cõſularis furor mouit?decertare mihi ferro magnum fuit:cũ re
liquiis eorum quos ego florentes atq; integros ſine ferro uiceram.Cõſules poſt hominum memoriã te
terrimi atq; turpiſſimi ſicut & illa principia & hi recentes rerum exitus declararunt:quorũm alter exercitũ
perdidit:alter uẽdidit emptis prouinciis a ſenatu a repub.a bonis omnibus defecerant:qui exercitibus:q
armis:qui opibus plurimis poterant:cum quid ſentirẽt neſciret furialis illa uox nepharis ſtupris:religio
ſis altaribus effœminata:ſecum & illos conſules facere acerbiſſimos perſonabat:egẽtes i locupletes:ꝑdi
ti in bonos:ſerui in dominos armabantur.Aderat mecum ſenatus & quidem ueſte mutata:quod pro me
uno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt.Sed recordare qui tum fuerint:conſulũ
nomine hoſtes·qui ſoli in hac urbe ſenatum ſenatui parere nõ ſiuerint:edictoq; ſuo nõ luctum.P.ſed lu
ctus indicia ademerint.Aderat mecum cunctus equeſter ordo:quem quidẽ in cõtiõibus ſaltator ille Ca-
tilinæ conſul proſcriptionis denunciatione terrebat.At tota Italia conuenerat:cui quidẽ belli inteſtini &
uaſtitatis metus inferebatur.Hiſce ego auxiliis ſtudentibus atq; incitatis uti me Laterenſis potuiſſe confi
teor:ſed erat non iure:non legibus:nõ diſceptãdo decertando:nam profecto præſertim tam bona i cau-
ſa nunquam quo cæteri abundarunt:id mihi ipſi auxilium meum defuiſſet.Armis fuit armis inquã fu-
it dimicandum:quibus a ſeruis atq; a ſeruorum ducibus cædem fieri Senatus & bonorum Reipu.exitio
ſum fuiſſet.Vinci autem improbos a bonis fateor fuiſſe præclarum:ſi finem eum uincendi uiderem:quẽ
profecto non uidebam.Vbi enim præſto fuiſſet mihi:aut tam fortis conſul quam.L.Opimius:quam Ca
ius Marius:quam.L.Flaccus:quibus ducibus improbos ciues Reſpu.uicit armatis:aut ſi minus fortes:at
tamen tam iuſti quam Publius Mutius:qui arma quæ priuatus:Publi.Scipio ſumpſerat.ea.T.Graccho i
terempto iure optimo ſumpta eſſe defendit.Eſſet igitur pugnandum cum conſulibus:nihil ampli' dico
niſi illud uictoriæ noſtræ graues aduerſarios paratos interitus nullos ultores eſſe uidebã.Hiſce ego auxi
liis ſalutis meæ:ſi iccirco defui quia:nolui dimicare:fatebor id quod uis non mihi auxiliũ:ſed me auxilio
defuiſſe:Sin autem quo maiora ſtudia in me bonorum fuerunt:hoc his magis c nſulendum & parcẽdũ
putaui:tu id in me repræhẽdis quod.Q.Metello laudi datũ eſt hodieq; eſt:& ſemper erit maximæ gloriæ
quem ut potes ex multis audire q̃ tum afuerunt inuitiſſimis uiris cõſtat bonis ceſſiſſe:nec fuiſſe dubiũ q̃n
contentione & armis ſuperior poſſet eſſe.Ergo ille cum ſuũ non cum Senatus factum defenderet:cũ per
ſeuerantiam ſententiæ ſuæ non ſalutem Reip retinuiſſet tamen ob illam qua illud uolũtariũ uulnus ac
cepit:iuſtiſſimus omnium Metellorum cõſtantiam & clariſſimos triumphos gloriæ laude ſuperauit:ꝙ &
illos ipſos improbiſſimos ciues interfici noluit:& ne quis bonus interiret in eadem cæde prouidit:ego tã
tis periculis propoſitis cum ſi uictus eſſem interitus Reipub.ſi uiciſſem:infinita dimicatio pararetur:cõmitte
rem:ut idem perditor Reip.nominarer:qui ſeruator fuiſſem?mortem me timuiſſe dicis.Ego uero ne im

mortalitatem quidem contra Rempubli.accipiendam putarem:ne dum emori cũ pernitie reipub.uellẽ
Nam qui pro Reipublica uitam dediderunt:licet me deſipere dicatis:nunquã mehercule eos poti⁹ mor
tem quam immortalitatem aſſecutos putaui.Ego uero ſi cum illorum impiorum ferro & manu cõcidiſ
ſem in perpetuum Reſpublica ciuile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet:quin etiam ſi me uis aliq̃ morbi
aut natura ipſa conſumpſiſſet.tamen auxilia poſteritatis eſſent imminuta:ꝙ peremptũ eſſet mea morte
id exemplũ:qualis futurus in me retinendo fuiſſet.S.P.Q.R.an ſi unquã i me uitæ cupiditas fuiſſet:ego
menſe decembri mei conſulatus omnium parricidarum tela commoſſem:quæ ſi uiginti dies geſſem:in
aliorum uigiliam conſulum recidiſſent.Quamobrem ſi uitæ cupiditas contra Rempulicã eſt turpis:cer-
te multo mortis cupiditas mea turpior fuiſſet cum pnicie ciuitatis.Nam ꝙ eſſe te i Republica liberꝫ glo-
riatus es:id ego & fateor & lætor & tibi etiam in hoc gratulator:ꝙ me autem negaſti:in eo neq; te neq;
quenquam diutius patiar errare:nam ſi quis iccirco aliquid de libertate mea diminutum putat:quod nõ
ab omnibus eiſdem a quibus antea ſolitus ſum diſſentire diſſentiam.Primũ ſi bene de me mentis gratũ
me præbeo:non deſino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiũq; grati. Si autem ſine
ullo Reipublicæ detrimento reſpicio etiam aliquando ſalutem tum meam:tum meorum certe nõ mo-
do non ſum repræhendendus:ſed etiam ſi ruere uellem:boni uiri ut id ne facerem me rogarẽt.Res uero
ipſa.P.ſi loqui poſſet ageret mecum ut quoniam ſibi ſeruiuiſſem ſemper nunquã mihi:fructus autẽ ex ſe
ſe non ut oportuiſſet lætos & uberes ſed magna acerbitate permixtos tuliſſem:ut iam mihi ſeruirem cõ
ſulerem meis:ſe non modo ſatis habere a me:ſed etiam uereri ne parum mihi pro eo ꝙ tum a me habe
ret reddidiſſet.quod ſi horum ego nihil cogito:& idem ſum in Republica:qui fui ſemper:tamen ne li-
bertatem requires meam quam tu ponis in eo:ſi ſemper cum iis quibus cum aliquando contendimus
depugnemus:quod eſt longe ſecus:ſtare enim omnes debemus tanquam in orbe aliquo Reipublicæ.
qui quoniam uerſetur.eam diligere partem ad quam nos illius utilitas ſaluſq; conuerterit.Ego autem.
Cn.Pom.non dico auctorem ducem defenſorem ſalutis meæ:nam hæc priuatim fortaſſe officiorũ me-
moriam & gratiam quærunt:ſed dico hoc quod ad ſalutem Reipubli.pertinet:ego eum non tuear quẽ
omnes in Republica principem eſſe concedunt.Ego.C.Cæſaris laudib⁹ deſiniẽquas primũ Popu.Rõa.
nunc etiam Senatus cui me ſemper addixi plurimis atq; ampliſſimis iudiciis uideram eſſe celebratas:tũ
hercule me confitear nõ iudicium aliquod habuiſſe de Reipublicæ utilitate:ſed hominib⁹ amicũ aut ini
micum fuiſſe.an cum uideam nauem ſecundis uentis curſum tenẽtem ſuum:ſi nõ eum petat portũ quẽ.
ego aliquando probaui:ſed alium non minus tutum atq; tranquillum:cũ tẽpeſtate pugnẽ periculoſe po
tiuſq̃ illi ſalute præſertim propoſita obtemperem & paream?Ego uero hæc didici:hæc uidi:hæc ſcripta le-
gi:hæc de ſapientiſſimis & clariſſimis uiris & in hac Repu.& in aliis ciuitatibus monumẽta nobis litteræ
prodiderunt.Nõ ſemper eaſdẽ ſententias ab iiſdem:ſed quaſcunq; reip.ſtatus indignatio tẽporũ ratio cõ
cordiæ poſtularet eſſe defendendas:quod ego & facio.Laterenſis & ſemper faciã:libertatemq; q̃ in me re
quiris:quam ego neq; dimiſi unquam neq; dimittam:non in pertinatia ſed in quadam moderatione
poſitam putabo.Nunc uenio ad illud extremum quod dixiſti dum Planci i me uerbis meritũ extollerẽs:
me arcem facere ex cloaca:lapidemq; ex ſepulcbro uenerari pro deo:neq; enim mihi inſidiarũ periculũ
ullum neq; mortis fuiſſe:cuius ego temporis rationem explicabo breui:neq; inuitus.Nil eni ex meis eſt
temporibus.quod minus peruagatum:quodq; minus aut mea commemoratione celebratũ ſit:Aut ho-
minibus auditum atq; notum.ego enim Laterenſis ex illo incendio legum iuris Sẽat⁹ bonorũ hominũ
cedens cum mea domus ardore ſuo deflagratione urbi atq; italiæ toti minaretur niſi ceſſiſſem.Siciliã pe
tiui animo:quæ & ipſa erat mihi ſicut domus una coniũcta:& opinebat a.C.Virgilio:quo cũ me uno uel
maxime tum uetuſtatum amicitia.tum mei fratris collegia:tum reſpubli.ſociarat.Vide nunc caliginẽ tẽ-
porum illorum:cum ipſa pene inſula mihi ſeſe obuiam ferre uellet:pater ille eiuſdem tri.plebis cõciõib⁹
propter eandem reipu.cauſam ſæpe uexatus nihil amplius dico niſi me in Siciliã uẽire noluit.Quid dicã
C.Virgilio tali ciui & uiro beniuolẽtiam in me:memoriam cõmunium temporũ:pietatem humanitatẽ
fidem defuiſſe?Nihil uidelicet eſt eorum:ſed quam tempeſtatem nos nobiſcum nõ tuliſſem⁹:metuit ut
eam ipſe non poſſet opibus ſuis ſuſtinere:tum conſilio repẽte mutato iter a Vibone Brũduſium terra pe
tere contendi.Nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo:cum oia illa municipia q̃ ſunt a
Vibone Brunduſium i fide mea iudices eſſent:tunc mihi iter tutum multis minitãtibus magno cum ſuo
metu præſtiterũt.Brunduſium ueni uel potius ad mœnia acceſſi:urbem unam mihi amiciſſimã declina
ui:quæ ſe uel potius excindi quã ex ſuo complexu ut eriper facile pateret:i hortos me.Marc.Lẽi Flacci cõ
tuli:cui cum ois metus:publicatio bonoꝝ:exiliũ mors propõeret:hæc perpeti ſi accideret maluit q̃ cuſto
diam mei capitis dimittere:huius ego & parentis eius prudẽtiſſimi atq; optimi ſenis & utriuſq; filioꝝ ma-
nibus in naui tuta ac fideli collocatus:eorumq; præces & uota de meo reditu exaudiẽs dyrrhachium qđ
erat in fide mea petere contendi:quo cum ueniſſem cognoui id quot audieram refertam eſſe græciã ſce
leratiſſimorum hominum ac nephariorum:quoꝝ impium ferrum ignesq; peſtiferos meus ille cõſulat⁹
e manibus extorſerat:qui anteq̃ de meo aduentu audire potuiſſent cum tum abeſſent aliquoꝝ dieꝝ uiã
in Macedoniã ad Planciumq; perrexi.Hic uero ſimulatq; me mare trãſiſſe cognouit.Audi audi atq; attẽ
de Laterenſis ut ſcias quid ego Plancio debeam:confiteareq; aliquando quod faciã me grate & pie facerẽ
Huic quæ pro ſalute mea fecerit ſi minus ꝓfutura ſint:obeſſe certe nõ oportere.Nam ſimulat me dyrrha
chium attigiſſe audiuit:ſtatim ad me lictoribus dimiſſis iſignibus abiectis ueſte mutata ꝓfectus ẽ.O acer
bam mihi iudices memoriam temporis illius & loci:cum hic in me incidit:cum complexus ẽ:conſpitq;

lachrymis:nec loqui præ mœrore potuit.O rem tum auditu crudelẽ:tũ uiſu nephariã.O reliquas omnes dies noctesq; eas qbus iſte a me nõ accedẽs.Theſſalonicã me i queſtoriũ perduxit.Hic ego nũc de prætore Macedoniæ nihil dicã amplius niſi eum & ciuẽ optimũ ſemper:& mihi amicũ fuiſſe ſed eadẽ timuiſſe quæ cæteros.Cn.Planciũ fuiſſe unum non qui minus timeret:ſed ſi acciderent ea quæ timerentur:mecũ ea ſubire & perpeti uellet.qui cum ad me.L.Tubero meus neceſſarius:qui fratri meo legatus fuiſſet decedens ex Aſia ueniſſet:easq; inſidias quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat:animo amiciſſimo detuliſſet:in Aſiam me ire propter eius prouinciæ metum:& cum meo fratre neceſſitudinem comparantem non eſt paſſus.Vi me inquã Plãcius & cõplexu ſuo retinuit:multoſque mẽſes a capite meo nõ diſceſſit obiecta quæſtoria perſona:comitiſque ſumpta.O exubias tuas.Cn.Plã.miſeras.O flebiles uigilias.O noctes acerbas.O cuſtodiam mei capitis infœlicem:ſi quidem ego tibi uiuus nõ proſum:q fortaſſe mortuus profuiſſem.Memini enim memini:neque unq̃ obliuiſcar tuæ noctis illius cum tibi uigilanti:aſſidẽti:mœrenti:uana quædam miſer atq; inania falſa ſpe inductus pollicebar me ſi eſſem in patria reſtitutus præſentem tibi gratiam relaturum.Si autem uitam mihi ſors ademiſſet:aut uis aliqua maior reditũ pereniſſet:hos hos (quos enim ego tum alios animo intuebar) omnia tibi illorum laborũ præmia ꝑ me perſoluturos:qd me aſpectas qd mea promiſſa repetis qd mea fidẽ imploras.Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar:ſed horũ erga me beniuolẽtiam promittebã hos pro me lugere:hos gemere:hos decertare pro meo capite uel uitæ periculo uelle uidebam:de eorum deſiderio:luctu:quærelis:quotidie aliqd te cum ſimul audiebam.Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam redere:quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti.Quid enim poſſum aliud niſi mœrere:niſi flere:niſi:te cũ mea ſalute cõplecti:ſalute cõplecti ſalutẽ tibi iidẽ dare poſſunt qui mihi reddiderunt huc tñ exurge quæſo retinebo & cõplectar.nec me ſolũ deprecatorem fortunarum tuarũ:ſed comitẽ ſociũq; ꝓfitebor:atq; ut ſpero nemo erit tã crudeli aio tãq; inhumão:nec tam immemor meorrum nõ dicam in bonos meritorũ:ſed bonorũ in me qui a me mei ſeruatorem capitis diuelat atq; diſtrahat.Nõ ego meis ornatum beneficiis a uobis deꝑcor iudices:ſed cuſtodẽ ſalutis meæ:nõ opibus contendo:non auctoritate:nõ gratia ſed præcibus:ſed lachrymis:ſed miſericordia mecũq; uos ſimul miſerrimus & optimus obteſtatur parẽs:& pro uno filio duo patres deꝑcamur.Nolite iudices per uos per fortũas ueſtras per liberos inimicis meis iis ꝓſertim quos ego ꝓ ueſtra ſalute ſuſcepi dare lætitiã gloriantibus:uos iam oblitos mei ſalutis eius a quo mea ſalus cõſeruata eſt hoſtes extitiſſe.Nolite animum meum debilitare tum luctu tum etiam menti cõmutatæ ueſtræ uoluntatis erga me.Sinite me quod uobis fretus huic ſæpe promiſi.id a uobis ei ꝓſoluere teq;.C.flaui oro & obteſtor qui meorum cõſiliorum in cõſulatu ſocius periculorum particeps rerum:quas geſſi adiutor fuiſti:neque non modo ſaluum ſemper ſed etiam ornatum florentemque eſſe uoluiſti:ut mihi per hos cõſerues eum per quem me tibi & his conſeruatum uides.Plura ne dicam tuæ me etiam lachrymæ impediunt:ueſtræque iudices non ſolũ me.Quibus ego magno in metu meo ſubito inducor in ſpẽ uos eoſdem in hoc conſeruando futuros.Qui fuetitis i me:quoniam iſtis ueſtris lachrymis de illis recordor q̃s pro me ſæpe & multum profudiſtis.

❡M.T.C.PRO PVBLIO SYLLA AD IVDICES.ORATIO.IIII.

MAXIME VELLEM IVDICES VT.P.SYLLA ET ANTEA DIGNITATIS Sue ſplendorem optineret.Et poſt calamitatem acceptam modeſtiæ fructum aliquẽ potuiſſet ꝑcipere:ſed quoniam ita tulit caſus infeſtus ut ampliſſimo in honore:tũ cõmuni ambitionis inuidia:tũ ſingulari Antronii odio euerteretur:& in his priſtinæ fortunæ reliqs miſeris & afflictis tñ haberet quoſdam:quorũ aios ne ſupplicio quidem ſuo ſatiare poſſet:Quãquã ex huius incõmodis magnã animo moleſtiã capio:tamen in cæteris malis facile patior oblatum mihi tempus in quo boni uiri lenitatem meam miſericordiamque notam omnibus quondã nunc quaſi intermiſſam agnoſcerent:improbi ac perditi ciues edomitique atq; uicti præcipitante Repub.uehementem me fuiſſe atque fortem:conſeruata mitem ac miſericordem fatentur.Et quoniã.L.Torquatus meus familiaris ac neceſſarius iudices exiſtimauit:ſi noſtrã in accuſatione ſua neceſſitatem familiaritatemq; uiolaſſet:aliquid ſe de auctoritate meæ defenſionis:poſſe detrahere:cũ huius periculi ꝓpulſatione coniugã defenſionem officii mei:quo quidẽ genere non uterer oratiõis iudices hoc tẽpore ſi mea ſolum intereſſet:multis enim mihi locis & data facultas eſt:& ſæpe dabitur de mea laude dicẽdi.Sed utille iudices quantũ de mea actoritate diripuiſſet:tãtum ſe de hui' præſidiis diminiturũ ſpauit:ſic hoc ſentio ſi mei facti rationẽ uobis cõſtantiãq; huius officii ac defenſionis probaro:cãm quoq; me.P.Syllæ ꝓbaturũ Ac primum abs te illud.L.Torquate quæro cur me a cæteris clariſſimis uiris ac principib' ciuitatis in hoc officio atq; in defenſionis iure ſecernas.Quid eni eſt quãobrẽ abs te.Qu.Hortenſii factũ clariſſimi atq; ornatiſſimi ciuis nõ reꝑhendatur:reꝑhendatur meũ.Nã ſi initũ eſt conſiliũ a.P.Sylla inflãmãdæ ciuitatis huius extinguendi impii:delendæ urbis mihi maiorẽ hæc res dolorẽ quã.Qu.Hortenſio mihi maius odiũ afferre debet:meum denique grauius eẽ iudiciũ qui adiuuãdus in his cauſis:qui oppugnãdus qui defendẽdus:qui deſerendus eſſe uideatur.Ita inquit tu enim inueſtigaſti:tu patefeciſti coniurationem quod cũ dicit:nõ attendit eũ qui patefecerit hoc curaſſe ut id omnes uiderent quod antea fuiſſet occultum quare iſta coniuratio ſi patefacta per me eſt tã patet Hortenſio q̃ mihi:quẽ cum uideas honore hoc auctoritate uirtute:conſilio præditum:non dubitaſſe quin innocentem.P.Syllam defenderet.Quæro cur q aditus ad cauſam Hortẽſio patuerit:mihi interclusus eſſe debuerit.Quæro illud etiam ſi me qui defendo reprehendendum putas eſſe:quid tandem de his exiſtimes ſummis uiris & clariſſimis ciuibus:quorum ſtu-

dio & dignitate celebrari hoc iudiciū ornari cām defendi huius inocētis uides? Nō.n.una eſt ratio defenſionis ea quæ poſita eſt in oratione:oēs qui adſunt:qui laborant:qui ſaluū uolunt ꝓ ſua parte atq; auctoritate defendunt. An uero in quibus ſubſelliis hæc ornamenta:hæc lumina reipu.uiderē in his me appareē nollem?ope quorū ego illū in locum atq; in hanc celſiſſimā ſedem dignitatis atq; honoris:multis meis laboribus magniſq; periculis aſcendiſſem? Atq; ut intelligas Torquate quē accuſes. Si te id offendit qđ ego qui hoc genere quæſtiōis defenderim nemīnē nō deſim. P. Syllæ:recordare de cæteris quos adeſſe huic uides. Intelliges iudicium meum & horum par atque unum fuiſſe. Quis ueſtrū affuit Varguntei? nemo ne hic quidē. Qu. Horten. præſertim qui illum ſolus antea de ambitu defendiſſet:nō eni iā ſe ullo officio cum illo coniunctum arbitrabatur cum ille tanto ſcelere commiſſo omnium officiorū ſocietatem dirimiſſet. Quis ueſtrum ſeruium Syllam? Quis Publium? Quis Marcum Luccam? Quis Cornelium defendendū putauit? Quis his horunt affuit? Nemo:quid ita? q; cæteris in cauſis etiā nocentes uiri boni ſi neceſſarii ſunt:defendendos eſſe putāt. In hoc crimine non ſolum leuitatis eſt culpa. Verum etiam quædā cōtagio ſceleris ſi defendas eum quē obſtrictum eſſe patriæ ſuſpicere. Quid Antronio? Nonne ſodales nō collegæ ſui:non ueteres amici:quorum copia ille quondam abundaret. Non hi oēs qui ſunt in Repub. principes defuerunt:immo etiam teſtimonio pleriq; læſerunt. Statuerant tantū illud eſſe maleficiū quod non modo non occultari per ſe ſed etiam aperiri illuſtrarique deberet. Quamobrem quid eſt qđ mirere ſi cum iiſdem me in hac cauſa uides adeſſe:cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe niſi uero me unū uis ferrum præter cæteros:me aſperum:me ĩhumanū exiſtimari:me ſingulari imanitate & crudelitate ꝓditum. Hanc mihi tu ſi propter res geſtas meas imponis in omni uita mea perſonā Torquate uehemēter erras:me natura miſericordem:patria ſeuerum:crudelem nec patria nec natura eſſe uoluit:deniq; iſtam ipſam perſonam uehementem & acrem quam mihi tum tempus & reſpu. impoſuit:iam uolūtas & natura ipſa detraxit. Illa enim ad breue tempus ſeueritatem poſtulauit. Hæc in omni uita miſericordiā lenitatemque deſiderat. Quare nihil eſt quod ex tanto comitatu uirorum ampliſſimorum me unū abſtrahas. Simplex officium atque una eſt bonorum omniū cauſa. Nihil erit quod admirere poſthac ſi in ea parte in qua hos animaduerteris me uidebis. Nulla eſt enim in Repu. cauſa mea propria:tēpus agēdi fuit magis mihi proprium q̄ cæteris doloris uero & timoris & periculi fuit illa cauſa cōmunis:neque enim princeps tunc ad ſalutē eſſe potuiſſem:ſi eſſe alii comites noluiſſent. Quare neceſſe eſt quod mihi conſuli præcipuum fuit præter alios id iam priuato cum cæteris eſſe commune. Neque ego hoc partiendæ inuidiæ. Sed communicandæ laudis cauſa loquor:honoris mei partem nemini impertio:gloriæ bonis omnibus. In Antronium teſtimoniū dixiſti inquit. Syllam dafendis:hoc totum eiuſmodi eſt iudices:ut ſi ego ſim inconſtans ac leuis:nec teſtimonio fidem tribui conuenerit:nec defenſioni auctoritatem. Sin eſt ī me ratio Reipu. religio priuati officii:ſtudium retinendæ uoluntatis bonorum:nihil minus accuſator debet dicere q̄ a me defendi Syllam:teſtimonio læſum eſſe Antronium. Videor enim non ſolū ſtudium ad defendendas cauſas. Verum opinionis aliquid & auctoritatis afferre:qua & moderate ego utar iudices & omnino non uterer:ſi ille me non coegiſſet:duæ cōiurationes abs te Torquate cōſtituūtur. Vna que Lepido & Volcatio conſulibus patre tuo conſule deſignato facta eſſe dicitur:altera quæ me conſule:harū in utraq; Syllam dicis fuiſſe patris tui fortiſſimi uiri atque optimi conſulis ſcis me conſiliis nō interfuiſſe:ſcis me cum mihi ſummus tecū uſus eſſet tamen illorum expertem temporum & ſermōum fuiſſe:credo quod nondum penitus in Repub. uerſabar quod nondum ad propoſitū mihi finem honoris peruenerā:quod mea ambitio & forenſis labor ab omni illa cogitatione abſtrahebat. Quis igitur intererat ueſtris cōſiliis: omnes hi quos uides huic adeſſe:& in primis. Qu. Hortenſius:qui tum propter honorem & dignitatem atque animum eximium in Repu. tum propter ſummam familiaritatem ſummum que honorem ĩ patrem tuum tum communibus:tum præcipuis patris tui periculis commouebatur ergo iſtius coniurationis crimen defenſum ab eo eſt: Qui interfuit:qui cognouit:qui particeps conſilii ueſtri fuit & timoris cuius in hoc crimine ꝓpulſando cum eſſet copioſiſſima atque ornatiſſima oratio:tum nō minus inerat auctoritatis in ea quam facultatis. Illius igitur coniurationis quæ facta contra uos delata ad uos:a uobis prolata eſſe dicitur ego teſtis eſſe non potui. Non modo enim nihil cōperi:ſed uix ad aures meas iſtius ſuſpicionis fama peruenit. Qui uobis in conſilio fuerunt:q uobiſcum illa cognouerunt:quib' ipſis periculū tū conflari putabatur:q Antronio nō affuerūt:q in illū teſtimonia grauia dixerūt:hūc defendūt:huic adſunt. In huius piculo declarāt ſe nō crimīe cōiuratiōis ne adeſſent cæteris:ſed hoium maleficio deterritos eē:mei cōſulatus aūt tēpus & crimē maxīe cōiuratiōis a me defendet:atq; iter nos partitio nō eſt fortuito iudices:nec temere facta:ſed cū uiderem' eoꝝ criminū nos pſonos adhiberi:quoꝝ teſtes eē poſſemus uterq; noſtrū id ſibi ſuſcipiēdū putauit:de quo aliqd ſcire ipſe atq; exiſtimare potuiſſet:& quoniā de criminibus ſupionbus cōiuratiōis. Hortenſiū diligenter audiſtis:de hac cōiuratiōe q̄ me cōſule facta ē:hoc primū attēdite. Multa cū eſſem cōſul de ſummis Relp. piculis audiui:multa quæſiui:multa cognoui. Nullus unq̄ de Sylla nuncius ad me:nullū idicium: nullæ litteræ ad me peruenerunt:nulla ſuſpicio. Multū hæc uox fortaſſe deberet ualere eius hominis qui conſul inſidias Reipu. cōſilio inueſtigaſſet:ueritatem apuiſſet:magnitudine animi uendicaſſet:cū ipſe nihil audiſſe de. P. Sylla:nihil ſuſpicatū fuiſſe diceret. Sed ego nondū utor hac uoce ad hunc defendendū:ad purgādū me potius utor ut mirari Torquatus deſinat me qui Antronio abfuerim Syllam defendere. Quæ.n. Antronii cauſa fuit:quæ Sylla eſt. Ille ambitus iudiciū tollere ac diſturbare primū cōflato uoluit gladiatorum ac fugitiuorum tumultum:deinde id qđ uidimus oēs lapidatione atq; concurſu. Sylla ſi ſibi ſuus pudor ac dignitas nō ꝓdeſſet:nullū auxiliū requiſiuit ille dā

natus ita ſe gerebat non ſolum conſiliis & ſermonibus:uerumetiam aſpectu atque uultu ut inimicus eẽ
ampliſſimis ordinibus:infeſtus bonis omnibus:hoſtis patriæ uideretur hic ſe ita fractum illa calamitate
atque afflictum putauit:ut nihil ſibi ex priſtina dignitate ſupereſſe arbitrarečnisi quod modeſtia retinu-
iſſet.Hac uero in coniuratione quid tã coniunctũ quam ille cum Catilina cũ Lentulo?quæ tanta ſocietas
ullis īter ſe rerũ optimaꝝ:quanta ei cum illis ſceleris libidinis audaciæ?quod flagitiũ Lentulus nõ cũ An
tronio concepit?quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit?cũ interim Sylla cũ eiſdem illis non mõ
noctẽ ſolitudinẽ que non quæreret:ſed ne mediocri quidẽ ſermone & congreſſu coniungeretč.Illũ Allo-
broges maximaꝝ reꝝ iudices ueriſſimi:illũ multorũ literæ ac nũci coarguerunt.Syllã interea nemo iſi-
mulauit nẽo noiauit:poſtrẽo eiecto ſiue emiſſo iã ex urbe Catilina:ille arma miſit:cornua:tubas falces
ſigna.legiones.ille relictus ītus expectatus foris Lentuli pœna cõpreſſus conuertit ſe aliquãdo ad timorẽ
nunquã:ad ſanitatẽ:hic cõtra ita quieuit ut eo tẽpore omni Neapoli fuerit ubi neque hoĩes fuiſſe putanč
huius affines ſuſpicionis:& locus eſt ipſe non tã ad inflamandos calamitoſorũ aĩos q̃ ad cõſolãdos accõ-
modatč:propter hanc igitur tantã adiſſimilitudinẽ hominũ atque cauſarũ diſſimilẽ me in utroq; præbui
ueniebat enim ad me & ſæpe ueniebat Antronius multis cũ lachrymis ſupplex ut ſe defenderẽ &ſe meũ
condiſcipulum in pueritia:familiarem in adoleſcẽtia:collegam in queſtura cõmmemorabat fuiſſe.Mul
ta mea in ſe nõnulla etiam ſua in me proferebat officia:quibus ego reb⁹ iudices ita flectabat animo atq;
frangebat ut etiã ex memoria quas ipſe mihi fecerat inſidias deponerem:ut iam immiſſum ab eo eẽ.C.
Cornelũ:qui me in ſedib⁹ meis in cõſpectu uxoris:meæ ac liberoꝝ meorũ trucidaret:obliuiſcerer:quæ
ſi de uno me cogitaſſet:qua mollitia ſum animi ac lẽitate:nũquam me hercule illius lachrymis ac præci
bus reſtitiſſem:ſed cũ mihi patriæ imago cũ ueſtrorum periculorum:cũ huius urbis:cũ illorũ delubrorũ
atque tẽplorũ cũ puerorũ infantũ:cum matronarũ ac uirginẽ ueniebat in mẽtẽ:& cũ illæ infeſtæ ac fune
ſtæ:faces:uniuerſum & totius orbis incẽdium:cũ tæla:cum cædes:cum ciuium cruor:cũ cinis patriæ uer-
ſari ante oculos atque aĩum memoria refricarč cœperat tũ denique ei reſiſtebã:nec ſolũ illi hoſti ac parrici
dæ:ſed his etiã propiquis illi⁹ Marcellis patri & filio:quorũ alter apud me parentis grauitatẽ alter filii ſua
uitatẽ obtinebat.Neq; me arbitrabar ſine ſũmo ſcellere poſſe quod maleficium in aliis uindicaſſem:idẽ in
illorũ ſocio cũ ſcirẽ defenderẽ.Atque idẽ ego neque.P.Syllã ſupplicẽ ferre neque eoſdẽ Marcellos:neque
huius.M.Meſſallæ hoĩs neceſſarii præces ſuſtinere potui:neq; enĩ eſt cauſa aduerſata naturæ:nec homo
nec res miſericordiæ meæ repugnauit.nuſquã nomen nuſquã ueſtigiũ fuerat:nullũ crimen:nulũ indiciũ
ſuſcepi cauſam Torquate ſuſcepi:& feci libẽter:ut me quem boni conſtantẽ ut ſpero ſemp exiſtimaſſent
eundem ne improbi quidẽ crudelem dicerent:hic ait ſe ille iudicẽ regnũ meũ ferre nõ poſſe:quod tandẽ
Torquate regnum?cõſulatus credo mei.In quo ego imperaui nihil.Sed cõtra patribus conſcriptis & bo-
nis omnibus parui:quo in magiſtratu non inſtitutum eſt a me iudices regnum ſed nõ permiſſum:an tu
ĩ tãto imperio tanta poteſtate non dicis fuiſſe regem nunc priuatum regnare dicis?Quo tãdem nomine
Quot in quos teſtimõia dixiſti ĩquit damnati ſunt:quem defendis ſperat ſe abſolutũ iri:hic tibi ego de te
ſtimoniis meis hoc ego reſpõdeo ſi falſum dixeris:te in eos dixiſſe:ſi uerum nõ eſſe hoc regnare.Cũ ue-
ro iuratos dicas probare de huius ſpe:tãtũ dico nullas a me opes.P.Syllam nullam potentiã:nihil deni-
que præter fidẽ defenſionis expectare.Niſi tu inquit cauſam recepiſſes:nũquã mihi reſtitiſſet.Sed in dicta
cauſa profuiſſet:ſi tam hoc tibi concedã.Qu.Hortenſium tanta grauitate hominẽ:ſi hos tales uiros non
ſuo ſtare iudicio ſed meo:ſi hoc tibi id quod credi nõ poteſt niſi ego huic adeſſẽ:hos ad futuros non fuiſ-
ſe:uter tãdem rex eſt is ne cui innocentes homines non reſiſtunt an is qui calamitoſos nõ deſerit.An hic
etiam id quod tibi neceſſe minime fuit:facetus eſſe uoluiſti:cum Tarquinium & Numam & me tertium
peregrinum regem eſſe dixiſti·mitto iam de rege quærere:illud quæro peregrinũ cur me eſſe dixeris?nã
ſi ita ſum nõ tam eſt admirandũ regem eſſe me:quia ut tu uis etiam peregrini reges Romæ fuerunt:quã
conſulem Romæ fuiſſe peregrinum:hoc dico inquit te eſſe ex mũicipio fateor:& addo etiam ex eo muni
cipio.Vnde iterum iam ſalus huic urbi iperioque miſſa eſt:ſed ſcire ex te peruelim.quãobrem qui ex mu
nicipiis ueniant peregrini tibi eſſe uideantur.Nemo enim iſtud.M.illi Catoni ſeni cũ plurimos haberet
inimicos:nemo.T.Coruncano nemo curio:nemo huic ipſi noſtro.C.Mario cum ei multi inuiderẽt obie
cit unquam:equidem uehementer lætor eum eſſe me in quem tu cuperes nullam cõtumeliã iacere po-
tueris:quæ non ad maximam partem ciuium conueniret.Sed tamen te a me pro magnis cauſis nr̃æ ne
ceſſitudinis monendum eſſe etiã atq; etiam puto:nõ poſſunt eſſe omnes patritii ſi uerum quæris ne cu
rant quidem nec ſe equales tui propter iſtam cauſam abs te antein putãt:at ſi tibi nos peregrini uidemur:
quorum iam & nomen & honos inueterauit:& huic urbi & hominum famæ ac ſermõibus:quã tibi illos
cõpetitores tuos peregrinos uideri neceſſe erit:qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore & de oĩ di-
gnitate cõtendunt quorum caue tu quẽquã peregrinum appelles:ne peregrinorum ſuffragiis obruare q
ſi attulerint neruos & induſtriam mihi crede excutient tibi iſtam uerborum iactationẽ:& te ex ſomno ſæ
pe excitabunt:nec patienč ſe abs te niſi uirtute uincẽtur honore ſuperã:at ſi iudices cæteris patritiis me &
uos peregrinos uideri oporteret:a Torquato tamẽ hoc uitium ſileretur.Eſt enim ipſe a materno genere
mũicipalis honeſtiſſimi ac nobiliſſimi generis.Sed tamẽ Auſculani:aut ergo doceat picẽtes ſolos nõ eſſe
peregrinos:aut gaudeat ſuo generi me meũ non anteponere:Quare neq; me peregrinũ poſt hac dixeris
ne grauius refutere:neq; regem ne derideare niſi forte regnum tibi uidetč ita uiuere:ut nõ modo homi-
ni nemini:ſed ne cupiditati quidẽ ulli ſeruias:cõtẽnere oẽs libidines nõ auri:nõ argẽti:nõ cæteraꝝ rerum
īdigere:in Senatu ſentire libere populi utilitati magis conſulere q̃ uolũtati:nemini cedere:multis obſiſte

te ſi hoc putas eſſe regnum:me regem eſſe confiteor ſin te potẽtia mea:ſi dominatio:ſi deniq; aliquod di
ctum arrogans aut ſuperbũ mouet:quin tu id potius profers quã uerbi inuidiam cõtumellãq; maledictiſ
ego tantus a me beneficiis in Repub.poſitis:ſi nullũ aliud mihi præmiũ a.S.P.Qu.R.niſi honeſtum ociũ
poſtularem:quis non concederet?ſibi haberent honores:ſibi imperia:ſibi prouincias:ſibi triumphos:ſibi
alia præclare laudis inſignia:mihi liceret & eius urbis quã cõſeruaſſem cõſpectu tranquillo animo & qe
to frui.Quid ſi hoc non poſtulo?ſi ille labor meus priſtinus:ſi ſolicitudo:ſi officia:ſi operæ:ſi uigilæ deſer
uiunt:amicis præſto ſunt oĩbus ſi neque amici in foro requirunt ſtudium meum.neq; Reſpu.in curia:ſi me
nõ modo nõ rerũ geſtarũ uacatio:ſed neq; honores neq; ætatis excuſatio uindicat a labore,ſi uolũtas mea
ſi induſtria:ſi dom⁹:ſi animus:ſi aures patent oĩbus:ſi mihi ne ad ea qdem quæ pro ſalute omnium geſta
ſi recordanda & excogitanda:qcquam relinqtur tẽporis:tamẽ hoc regnum appellabitur:cuius uicarius
q uelit eſſe inueniri nemo poteſt:longe abeſt regni ſuſpitio.Si quæris qui ſint Romæ regnum occupare
conati:ui ne replices annaliũ memoriã ex domeſticis imaginibus ſuenies.Res enim geſtæ credo meæ
me nimis extulerunt ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt:qbus de rebus tam claris tam in mortali
bus iudices hoc poſſum dicere me q ſummis eripuerim periculis urbem hanc:& uitã oĩum ciuium ſa
tis adeptum fore:ſi ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nulum I me periculum redũdabit.Et.n.in
qua ciuitate res tãtas geſſerim memini:& in qua urbe ĩtelligo:plenũ forum eſt eorum hominum quos
ego a uřis ceruicibus depuli iudices:a meis nõ remoui:niſi uero paucos fuiſſe arbitramini q conati aut
ſperare poſſent ſe tantum ĩperiũ poſſe delere.Horũ ego faces eripere de manibus:& gladios extorquere
potui ſicut feci:uolũtates uero cõſceleratas ac nepharias nec ſanare potui nec tollere:qre nõ ſum neſcius
quãto periculo uiuã ĩ tãta multitudine ĩprobo͞:cũ mihi uni cũ oĩbus ĩprobis æternum uideã bellum eſſe ſu
ſceptũ.Quod ſi illis meis præſidiis forte iuides:& ſi ea tibi regia uident̃ q omnes boni oĩum generũ atq;
ordinũ ſuam ſalutẽ cũ mea cõiungunt conſolare te q oĩum mentes improborũ mihi uni maxime ſunt
infenſæ atq; aduerſæq me non modo ſolũ iccirco oderunt q eorum conatus impios & furorem conſce
leratũ repreſſi:ſed eo magis ẽt quod nihil iã ſe ſimile me uiuo conari poſſe arbitrant̃.At uero qd ego mi
ror ſi qd ab impbis de me improbe dicit̃ cũ.L.Torquatus primũ ĩpe his fundamẽtis adoleſcẽtiæ iactis:ea
ſpe propoſita ampliſſime dignitatis:deinde.L.Torquati fortiſſimi conſulis:cõſtãtiſſimi Sẽatoris:ſemper
optimi cuius filius iterdũ efferatur ĩmoderatiõe uerborũ qui cum ſuppreſſa uoce de ſcelere.P.Lẽtuli:de
audacia coniuratorũ oĩum dixiſſet tantũmõ ut uos qui ea pbatis exaudire poſſetis:de ſupplicio.P.Lẽtuli:
de carcere magna & qribunda uoce dicebat:in quo primum illud erat abſurdũ qd cum ea quæ leuiter di
xerat uobis probare uolebat:eos autẽ q circũ iudicium ſtabant audire nolebat:nõ intelligebat ea quæ cla
re diceret ita illos audituros quibus ſe uendicabat:ut uos quoq; audieretis quid non probatis.Deinde al
terum iam oratoris uicium non uidere qd quæque cauſa poſtulet.Nihil enim eſt tam alienũ ab eo q al
terum coniurationis accuſet quam uideri coniuratorum pœnam mortem que lugere:quod cũ is Tribu
nus plebis facit qui unus uidetur ex illis ad lugendos coniuratos relictus:neque hoc mirũ eſt difficile eſt
enim tacere cum doleas:te ſi quid eiuſmodi facis:non modo talem adoleſcentem ſed in ea cauſa inq te
uindicem cõiurationis uelis eſſe uehementer admitor.Sed reprehendo tamen illud maxime quot iſto
ingenio & prudentia præditus cauſam Reipub.non tenes.Qui arbitrare plebi Romanæ res eas nõ pro
bari quas me conſule omnes boni pro ſalute communi geſſerũt:& quem tu horum qui adſunt quibus
te contra ipſorum uolnntatem uendicabas:aut tam ſceleratum ſtatuis fuiſſe:ut hæc omnia perire uolue
rit:aut tam miſerum ut & ſe perire cuperet & nihil haberet q ſaluum eſſe uellet?an uero clariſſimũ uirum
generis ueſtri ac nominis nemo reprehendit qui filium ſuum uita priuauit ut in cæteris firmaret imperiũ
tu Rempu.reprehendis quæ domeſticos hoſtes ne ab his ipſa necaretur necauit?Itaq; attende iam Torq
te quam ego defugiam auctoritatem conſulatus mei maxima uoce:ut oẽs exaudire poſſint dico ſemper
quæ dicã:adeſtote omnes animi qui adeſtis corporibus:quorum frequẽtia magnopere lætonergite mẽ
tes aureſq; ueſtras:& me de inuidioſis rebus ut ille putat dicentẽ attẽdite.Ego conſul cũ exercitus pditorũ
ciuium clandeſtino ſcelere conflatus crudeliſſimum:ac luctuoſiſſimum exitiũ patriæ comparaſſet:cũ ad
occaſum interitũq; Reipu.Catilina in caſtris:in his autem templis atq; tectis dux Lentulus eſſet conſtitu
tus:meis cõſiliis:meis laboribus:mei capitis periculis ſine tumultu:ſine delectu:ſine armis:ſine exercitu qn
q; hominibus comphenſis atq; confeſſis incenſione urbẽ internitiõe:ciues:uaſtitate Italiã:i teritu.Rẽpu.
liberaui:ego uitam oĩum ciuium:ſtatum orbis terræ:urbem hanc deniq; ſedem oĩum ueſtrum arcem re
gum ac nationum exterarum:lumen gentium:domicilium imperii quinq; hominum amẽtium ac pdi
torum pœna redemi.An me exiſtimaui hæc iuratum in iudicia non eſſe dicturũ:quæ iuratus ĩ maxima
concione dixiſſem?Atq; etiam illud addam ne q forte incipiat improbus ſubito te amare Torq̃te:& ali
qd ſperare de te:atq; ut idẽ oẽs exaudiant:clariſſima uoce dicã harũ oĩum rerũ quas ego I conſulatu p ſalu
te cõmuni ſuſcepi & geſſi.L.ille torquatus cũ eẽt meus contubernaculis in cõſulatu:cũ ſignifer eẽt iuuẽtu
tis atq; in prætura fuiſſet auctor adiutor pticeps extitit:cũ priceps cũ auctor cũ ſignifer ẽt eſſet tuuẽtutis pa
rens eius hõ amãtiſſimus přiæ:maxime animi ſũmi cõſilii:ſingularĩſq; cõſtãtiæ cũ eẽt æger:tamẽ omnib⁹
rebus illis interfuit:nũq̃ eſt a me digreſſus:ſtudio cõſilio:auctoritate unus adiuuit plurimũ:cũ infirmitatẽ
corporis animi uirtute ſuperaret.Vides ne ut eripiam te ex improborũ ſubita gr̃a?Et reconciliem bonis
omnibus qui te & diligunt & retinent:retinebũtq; ſemper?Nec ſi a me forte deſciueris.Icirco te a ſe & a
Republ.& a ſua dignitate deficere patientur.Sed iam redeo ad cauſam:atq; hoc uos iudices teſtor:mihi
de memet ipſo tam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo.Nam ſi Torquatus Syllam

ſolum accuſaſſet:ego quoq; hoc tempore nihil aliud agerẽ:niſi eum qui accuſatus eſſet defenderẽ. Sed cũ
ille tota ſua oratione in me eſſet inuectus:& cũ initio ut dixi defenſionẽ meam auctoritate ſpoliarẽ uoluiſ
ſet:etiam ſi dolor meus reſpondere non cogeret:tamen ipſa cauſa hanc a me orationẽ flagitaſſet. Allobro
gibus nominatum Syllam eſſe dicis. Quis negat Syllæ indicium:& uide quemadmodum nominat᷑ ſit
L. Caſſium dixerunt cõmemoraſſe cum cæteris Antroniũ ſecum facere. quæro num Syllã dixerit Caſ
ſius? Nunquã ſeſe aiunt quæſiſſe de Caſſio quid Sylla ſentiret. Videte diligẽtiam Gallorũ qui uitã homi
num naturãq; non noſſent:ac tantum audiſſent pari calamitate qui fuerant eſſe in eadem uolũtate. quid
tum? Caſſius ſi reſpondiſſet idem ſentire & ſecum facere Syllã:tamen mihi non uideretur in hunc id cri
minoſum eſſe debere. Quid ita? quia qui Barbaros homines ad bellum impelleret:non debebat minuere
illorũ ſuſpicionẽ:& purgare eos de quibus illi aliquid ſuſpicarentur. Non reſpondit tamẽ una facere Syl
lam. etenim eſſet abſurdum:cum cæteros ſua ſponte nominaſſet:mẽtionẽ Syllæ facere nullã:niſi admõi
tum & interrogatum:niſi forte uerisimile eſt. P. Syllæ nomẽ in memoria Caſſio nõ fuiſſe. Si nobilitas ho
minis:ſi afflicta fortuna:ſi reliquiæ priſtinæ dignitatis non tam illuſtres fuiſſent:tamen Antronii comme
moratio memoriã Syllæ retuliſſet:etiam ut arbitror cum auctoritates principũ coniurationis ad incitan
dos animos Allobrogum colligeret Caſſius:& cũ ſciret exteras nationes maxime nobilitate moueri nõ
prius Antroniũ q̃ Syllam nominaſſet. Iam uero illud ꝓbari minime poteſt. Gallos Antronio nominato
putaſſe propter calamitatis ſimilitudinẽ ſibi aliquid de Sylla eſſe quærendum Caſſio:ſi hic eſſet in eodẽ
ſcelere:ne cũ appellaſſet quidẽ Antroniũ:huius nomen in mẽtẽ uenire potuiſſe. Sed tamen quid reſpon
dit de Sylla Caſſius? ſe neſcire certũ:non purgat inquit:dixi antea ne ſi argueret quidẽ:tum deniq; cum
eſſet interrogatus id mihi criminoſum uideretur. Sed ego in iudiciis & queſtionibus non hoc quærendũ
arbitror num purgetur aliquis:& num arguatur. etenim cum negat ſe ſcire Caſſius utrũ ſubleuat Syllã:
an ſatis probat ſe neſcire? ſubleuat apud Gallos:quid ita? ne indicetur. Quid ſi periculũ eẽ putaſſet ne illi
unq̃ indicarẽt:de ſe ipſo cõfeſſus eſſet? Neſcit iudices credo cælatum eſſe Caſſium de Sylla uno:nã de cæ
teris certe ſciebat:& ea domi eius pleraq; cõflata eſſe cõſtabat: qui negare noluit eſſet in eo numero Syllã:
quo plus ſpei Gallis daret. dicere autem falſum non auſus eſt:neſcire dixit. atqui hoc perſpicuũ eſt cũ is q
de omnibus ſcierit:de Sylla ſe ſcire negarit:eandem uim eſſe negationis huius q̃ ſi extra cõiurationẽ hũc
eſſe ſe ſcire dixiſſet. Nam cuius ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe:ei᷑ ignoratio de aliquo purgatio de
bet uideri. Sed iam non quæro purget ne Caſſius Syllam:illud mihi tãtum ſatis eſt:cõtra Syllã nihil eẽ ĩ
iudicio. Excluſus hac criminatiõe Torquatus ruſus in me irruit:me accuſat:ait aliter ac dictũ eſt ĩ tabulas
publicas retuliſſe. O dii imortales (uobis enim tribuam quæ ueſtra ſunt) nec uero poſſum modo tantum
ingenio dare:ut tot res:tantas:tam uarias tam repẽtinas ĩ illa turbulentiſſima tẽpeſtate Reipub. mea ſpõ
te deſpexerim. Vos profecto animum meũ tũ cõſeruandæ patriæ cupiditate incendiſtis:uos me ab omnib᷑
cæteris cogitationibus ab unam ſalutem Reipu. contuliſtis. Vos deniq; in tantis tenebris erroris & ĩſciẽ
tiæ clariſſimũ lumen prætuliſtis menti meæ. Vidi ego hoc iudices niſi recenti memoriæ ſenat᷑ auctorita
tẽ huius iudicii monumẽtis publicis teſtatus:eſſem fore ut aliq̃do nõ Torquat᷑:neq; Torquati q̃ſpiã ſimi
lis (Nã id me multũ feſellit) ſed ut aliqs primonio naufragus inimic᷑ otii:bonoꝝ hoſtis:aliter ĩdicata hæc
eſſe diceret:quo facilius uento aliquo in optimũ quẽq; excitato poſſet in malis Reipu. portum ſuorũ ma
loꝝ aliquem inuenire. Itaq; introductis in ſenatum indicibus cõſtitui ſenatores:qui oĩa ĩdicũ dicta:ĩterro
gata:reſponſa:pſcriberent:at quos uiros? non ſolũ ſumma uirtute & fide cuius generis ĩ ſenatu facultas ma
xima:ſed etiã quos ſciebã memoria:ſcientia:conſuetudine & celeritate ſcribendi facillime quæ dicerẽtur
perſequi poſſe. C. Coſconium qui tũ erat prætor. M. Meſſalam q̃ tum præturã petebat. P. Nigidiũ. Appiũ
Claudium. credo eſſe neminẽ:qui his oĩbus aut uere referendis:aut etiã ſcribendis putet aut ingeniũ de
fuiſſe quid deſſet? qd feci? cũ ſcirẽ ita indicium ĩ tabulas publicas:ut illæ tabulæ priuata tamẽ cuſtodia mo
re maioꝝ cõtinerent:nõ occultaui:nõ cõtinui domi:ſed deſcribi ab oĩbus ſtatim librariis:diuidi paſſim &
puulgari atq; edi. P. R. imperaui:diuiſi toti Italiæ:diuiſi oẽs ĩ ꝓuincias:Eius indicii:e quo ſalus oblata eſſet
oĩbus:ex ptẽ neminẽ eẽ uolui. Itaq; dico locũ ĩ orbe terraꝝ eẽ nullũ quo ĩ loco reip. nomẽ ſit:q̃n eodem p
ſcriptũ hoc ĩdiciũ puenerit:In quo ego tam ſubito & exiguo & turbido tpe multa diuinitus ita ut dixi non
mea ſpõte ꝓuidi:primũ ne qd poſſet tantũ aut de repub. aut de alicuius piculo meminiſſe q̃ntũ uellet
deinde ne cui liceret unq̃ rephendere illud indiciũ:aut temere creditũ criminari:poſtremo ne qd iã a me:
ne qd ex meis cõmentariis quæreretur:ne aut obliuio mea aut memoria mea uideret᷑. ſed nimia:deniq;
aut neglientia turpis:aut diligẽtia crudelis putaretur. Sed tamen abs te Torquate quæro cum ĩdicat᷑ tuus
inimicus eſſet:& eſſet eius rei frequens Senatus & recẽs memoria teſtis:tibi meo familiari & cõtuberna
li:prius ẽt editum indicium fuerint Scribæ mei ſi uoluiſſes:quã in eo codice retuliſſent:cũ uideres aliter
fieri:cur tacuiſti? paſſus es? nõ mecũ aut cũ familiari meo quæſtus es:aut quoniam tã facile ĩueheris ĩ ami
cos iracundi᷑ aut uehemẽtius expoſtulaſti. Tu cũ tua uox nũq̃ ſit audita cũ ĩdicio lecto deſcripto diuulga
to quieueris:tacueris repente tantam rem enunciare audias:& in eũ locũ te deducas ut ãtequã me comu
tati indicii coargueris te ſũmæ negligentiæ tuo indicio conuictũ eẽ fateare. Mihi cuiuſq̃ ſalus tãti fuiſſet
ut meã negligerem? per me ego ueritatẽ patefactã cõtaminarẽ aliquo mẽdacio? quẽq̃ deiq; ego iuuarem
a quo & crudeles inſidias in Remp. factas:& in me potiſſimũ conſulem putarem? quod ſi iã eſſem oblitus
ſeueritatis & cõſtãtiæ meæ:tã ne amẽs eram:ut cũ litteræ poſteritatis cauſa reperte ſint:quæ ſubſidio ob
liuioni eſſe poſſent ego recentem putarem memoriam cuncti Senatus cõmẽtario meo poſſe ſupari. Fe
ro ego te Torquate iamdudũ fero & nonnunquã animum incitatum ad ulciſcẽdum orationẽ tuam re-

uoco ipſe & reflecto: pmitto aliquid iracundiæ tuæ: adoleſcentiæ: cedo amicitiæ: tribuo Parẽti: ſed niſi tibi
aliquem modũ uitæ conſtitueris: coges oblitũ me noſtræ amicitiæ: habere rationem meæ dignitatis. Ne
mo nũq̃ me tenuiſſima ſuſpitione perſtrinxit: quẽ non peruerterim: ſed mihi hoc credas uelim nõ his li
bentiſſime ſoleo reſpõdere: quos mihi uideor facillime poſſe ſupare: tu quoniã minie ignoras cõſuetudi
nem dicẽdi meam: noli hac noua lenitate abuti mea. Noli aculeos orationis meæ qui recũditi ſunt excuſ
ſos arbitrari. Noli id putare omnio a me omiſſum: ſi quid eſt tibi remiſſum atquæ conceſſum: cum
illæ ualent apud te excuſationes iniuriæ tuæ iratus animus tuus: ætas amicitia noſtra tum nõdũ ſtatuo te
uirũ ſatis habere: ut ego luctari tecum & congredi debeã: q̄ ſi eſſes uſu atq; ætate robuſtior: eſſem idem q
ſoleo cum ſum laceſſitus nunc totum ſic agam: tuliſſe ut potius iniuriam quã retuliſſe gratiã uidear. Neq;
uero quid mihi iraſcare intelligere poſſum: ſi q̄ eum defendo quem tu accuſas: cur tibi quoq; ipſe non
ſuccenſeo: qui accuſes eũ quẽ ego defendo: inimicum inquis accuſo meum: & amicũ ego defendo meũ
Non debes tamen quẽq̃ in coniuratiõis quæſtiõe defendere: immo nemo magis eũ de quo nihil eſt ſu
ſpicatus q̃ is qui de aliis multa cogitauit: Cur dixiſti teſtimõium ĩ alios? quia coactus: Cur dãnati ſunt: q̄a
creditũ eſt: regnum eſt dicere in quem uelis ac defendere quẽ uelis: immo ſeruitus eſt nõ dicere quæ ue
lis & nõ defendere quẽ uelis ac ſi conſiderare cœperis utrum magis hoc mihi neceſſe fuerit facere an tibi: i
telliges honeſtius te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe: q̃ me humãitatis. An uero cum honos age
bat̃ ampliſſim⁹ familiæ ueſtræ hoc eſt conſulatus parẽtis tui ſapientiſſim⁹ uir familiariſſimis ſuis nõ ſuc
cenſuit pater tuus cum Syllã & defenderent & laudarent. Intelligebat hanc nobis a maioribus eẽ traditã
diſciplinam: ut nulli⁹ amicitia ad propulſanda picula impedirentur: & erat huic iudicio lõge diſſimilis il
la contentio cum afflicto. P. Sylla conſulatus uobis parabatur: ſicuti partus eſt: honoris erat certamẽ ere
ptum repetere: uos clamitabatis ut uicti in campo in foro uinceretis: tum qui contra uos p huiꝰ ſalute pu
gnabant amiciſſimi ueſtri: quibus non iraſcebamini cõſulatũ uobis eripiebãt: honori ueſtro repugnabãt
& tamẽ id inuiolata ueſtra amicitia integro officio ueteri exemplo atq; inſtituto optimi cuiuſq; faciebãt.
Ego uero quibus ornamẽtis aduerſor tuis? aut cui dignitati ueſtræ repugno? Quid eſt quod iã ab hoc ex
pectas? honor ad patrem: inſigna honoris ad te delata ſunt: tu ornatus ærumnis uenis ad eum lacerãdũ
quem interemiſti: ego iacentem & ſpoliatum defendo: & ꝓtego. atq; id tu & rephendis me q̄a defendã
& iraſceris: ego autem non modo tibi non iraſcor: ſed neque reprendo quidem factum tuum te enl exi
ſtimo tibi ſtatuiſſe quid faciendum putares: & ſatis idoneum officii iudicem poſuiſſe. At accuſat. Corne
lii filius: idemq; ualere debbet ac ſi pater indicaret. O patrem Cornelium ſapientem: qui quod premii
ſolet eſſe in indicio reliquerit: quod turpitudinis in cõfeſſione id per accuſationẽ filii ſuſceperit: ſed qđ ẽ
tandem quod indicat per iſtum puerũ Cornelius? Sic eſt cauſa mihi ignota: cum Hortenſio cõmunica
propter i omnibus legibus quibus exceptum eſt:de quibus cauſis aut magiſtratũ capere nõ liceat:aut iu
dicem legi:aut alterum accuſare:hæc ignominiæ cauſa prætermiſſa eſt timoris enim cauſam nõ uitæ pœ
nam in illa poteſtate eſſe uoluerunt.Itaq̃ non ſolũ iudices oſtendam quod iã uidetis.P.R.ſuffragiis ſæ
penumero Cenſorias ſubſcriptiones eſſe delatas:uerumetiam iudiciis eorum qui iurati ſtatuere maiore
cum religiõe & diligẽtia debuerunt.Primũ iudices ſenatores equiteſq̃.Ro.in compluribus iã reis quos
cõtra leges pecunias cœpiſſe ſubſcriptum eſt:ſuæ potius religioni:quam Cẽſoriæ opinioni paruerũt.De
ĩde prætores tãtũ urbani q iurati debẽt optimũ quẽq̃ i ſe lectos iudices referre:nũq̃ ibi ad eã rẽ Cẽſoriam
ignominiã ipedimẽto ineſſe oportere dixerũt.Cẽſores:deniq̃ ipſi ſæpenumero ſuperiorum Cẽſorum iu
diciis:ſi iſta iudia appellari uultis non ſteterunt.Atq̃ etiã ipſi inter ſe Cenſores tua iudicia tãti eẽ arbitran
tur:ut alter alterius iudiciũ nõ mõ reprehẽdat:ſed etiam reſcindant:ut alter de ſenatu mouere uelit:alter
retineat.& ordine ampliſſimo dignum exiſtimet:ut alter i ærarios referri:aut tribu moueri iubeat:alter
uetet.Quare qui uobis in mentem uenit hæc appellare iudicia:quæ a.P.Ro.reſcidi ab iuratis iudicib⁹ re
pudiari:a magiſtratib⁹ negligi:ab his qui eandẽ poteſtatem adepti ſunt commutari inter colegas diſcre
pare uideatis.Quæ cum ita ſint:uideamus quid tandẽ Cenſores de illo iudicio corupto iudicaſſe dicant
ac primũ illud ſtatuamus:Vtrum quia cenſores de illo iudicio corrupto ſubſcripſerit ita ſit:an q ita fue
rit:illi ſubſcripſerint.Si ideo quia ſubſcripſerit:uidete qd agatis:ne in unũquẽq̃ noſtrum Cenſoribus in
poſterum poteſtatem regiam permittatis.Ne ſubſcriptio Cẽſoria non minus calamitatis ciuibus quã il

la acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre. Ne Cenſorium ſtilum: cuius mucronem multis remediis maio
res noſtri retuderunt: æque poſthac atq; illum dictatorum gladium pertimeſcamus. Sin autē quod ſub
ſcriptum eſt: quia uerū eſt: icirco graue debet eſſe hoc quæramus uerum ſit an falſum. Remoueātur au
ctoritates Cenſoriæ: tollatur id ex cauſa quod hic cauſa nō eſt. Doce quam pecuniā Cluentius dederit: un
de dederit: quēadmodum dederit: unde deniq; aliquod a Cluentio profectæ pecuniæ ueſtigium oſtēde.
Vince deinde uirum bonum fuiſſe Oppianicum: hominē integrū: nihil de illo unquam ſecus eſſe exiſti
matum: nihil deniq; præiudicatū: tum auctoritatem Cenſorum amplexator: tum illorum iudicium cum
re coniūctum eſſe defendito. Cum uero eum fuiſſe Oppianicum cōſtabit: qui tabulas publicas municipii
ſui corrupiſſe iudicatus ſit: qui teſtamentū interleuerit: qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obligā
dum curarit: qui eum cuius nomine id obſignatum eſt: interfecerit: q auunculum filii ſui i ſeruitute ac ui
culis necarit: qui municipes ſuos proſcribendos occidendoſq; curarit: qui eius uxorem quā occiderat: in
matrimonium duxerit: qui pecuniam pro potiōe dederit: qui ſocrum: qui uxorem: q hoc tempore fratris
uxorem: ſperatoſq; liberos: fratremq; ipſum: qui deniq; ſuos liberos interfecerit: qui quum uenenum pri
uigno ſuo quæreret: manifeſto ſit depræhenſus: cuius miniſtris conſciiſq; damnatis ipſe adductus in iu
dicium pecuniam iudici dederit ad ſententias iudicum corrumpendas. Dum hæc iquā de Oppianico cō
ſtabant. nec ullo argumento Cluentiæ pecuniæ crimen tenebitur: quid eſt quod te iſta Cenſoria ſiue uo
luntas: ſiue opinio fuit adiuuare: aut hunc inocentem opprimere poſſe uideatur? Quid igitur cenſores ſe
cuti ſunt? Ne ipſi quidem ut grauiſſime dicant quicquam aliud dicent præter ſermonem atq; famam Ni
hil ſe teſtibus nihil tabulis: nihil graui aliquo argumento cōperiſſe: nihil deniq; cauſa cognita ſtatuiſſe di
cent. Quod ſi ita feciſſent: tamen ita non id fixum eſſe deberet: ut conuelli non liceret: nō utar exemploꝝ
copia: quæ ſumma eſt: non rem ueterem: non hominem potentem aliquem aut gratioſum proferā Nu
per hominem tenuem ſcribam ædilitium Decium Matrinium cum defendiſſe apud. M. Iunium &. Qu.
Publicium prætores: &. M. Pletorium. Caium Flaminum ædiles curules perſuaſi ut ſcribā iurati: legerēt
eum quem iidem iſti cenſores ærarium reliquiſſe ſubſcripſerunt. Cum enī in homine nulla culpa reperi
retur. q ille meruiſſet nunquid de eo ſtatutum eſſet quærēdum eſſe duxerunt. nam hæc quidem quæ de
iudicio corrupto ſupſcripſerint: qs eſt qui ab illis ſatis cognita & diligenter iudicata arbitretur? In. M. Aqui
lium & in. T. Guttam uideo eſſe ſubſcriptum. Quid eſt hoc duos eſſe corruptos ſolos pecunia? dicāt? cæte
ra uidelicet gratis condemnarūt: nō eſt igitur circumuentus non eſt oppreſſus pecunia: non ut ille Quītia
næ cōtiones habebant oēs qui Oppianicum cōdēnarunt: in culpa ſunt ac ſuſpitiōe ponēdi duos ſolos ui
deo auctoritate Cenſoꝝ affines et turpitudini iudicari aut illud afferāt: aliqd eē qd de his duob⁹ habuerint
cōpertū: de cæteris cōperiſſe. Nā illud quidem minime probandū eſt adnotationes auctoritatemq; Cēſo
riam exemplum illas conſuetudine militari tranſtuliſſe. ſtatuerunt enim ita maiores noſtri ut ſi a multis
eēt flagitium rei militaris admiſſum: ſortione in quoſdam animaduerteē: ut metus uidelicet ad oīs pœ
na ad paucos perueneriṭ: qd idem facere Cenſores in delectu dignitatis & i iudicio ciuium: & in animad
uerſione ultioꝝ qui cōuenit? Nam miles q locum non tenuit: qui hoſtium: impetum uimq; ptimuit: pōt
idem poſtea & mile eſſe melior & uir bonus: & ciuis utilis. Quar̄ in bello propter hoſtium metum delin
queret: amplior ei mortis & ſupplicii metus eſt a maioribus conſtitutus: ne autem nimium multi pœnā
capitis ſubiteṭ: iccirco illa ſocio comparata eſt. Hoc tu idē facies Cēſor in Senatu legendo: ſi erāt plures
qui ob innocentem condemnandum pecuniā acceperint: ut nō in animaduertas i omnes? ſed carpes: ut
uelis? & paucos ex multis ad ignominem ſortire? habebit igitur te ſciente & uidēte Curia Senatorem po
pulus Ro. Iudicem Reſpō. ciuem ſine ignominia quēq̄ qui ad perniciem innocentis eidem ſuā & religio
nem pecunia cōmutarit: & q precio adductus eripuerit patriā fortunas liberos cui inocentiis. Cenſoriæ
ſeueritatis nota non inuret? Tu es præfectus moribus? tu magiſter ueteris diſciplinæ & ſeueritatis: ſi aut
retinēs quēquā ſciens in ſenatu ſcelere tāto cōtaminatum: aut ſtatuis quis in eandem culpam ſit non ea
dem pena affici oportere cōuenire: ut q̄ cōditionem ſupplicii maiores bello timidati militis propoſitam
eē uoluerūt eandē tu in pace cōſtitues iprobitate ſenatoris. Quod ſi hoc exēplū ex re militari ad aiaduer
ſionē: cēſoriam trāſferendum fuit: ſortione id ipſum factū eē oportuit: ſin autem ſortiri ad pœnā ad homi
num delictum fortunæ iudicio committere minime Cenſoriū eſt: certe in multorum peccato carpi pau
cos ad ignominiā & turpitudinem non oportet. Verū omnes intelligimus in iſtis ſubſcriptionibus: uen
tum quandā popularem eſſe quæſitum. Iactata res erat in concione a tribuno ſeditioſo: incognita cauſa
probatum illud erat: multitudinem illicitum eſt contradicere: nemo deniq; ut defenderet: contrariā par
tem laborabat. In inuidia porro magnā i mulcta illa iudicia uenerant: & enim paucis poſtea mēſibus alia
uehemēs erat in iudiciis ex notatione tabulorū inuidia uerſata: prætermitti a Cenſoribus & negligi ma
cula iudiciorum poſſe nō uidebatur: homines quos cæteris uitiis atq; omni dedecore īfamis uidebāt: eos
hac quoque ſubſcriptiōe notare uoluerūt: & eo magis quod illo ipſo tempore illis Cenſoribus erāt iudi
cia cum equeſtri ordine communicata: ut uiderentur per hominū idoneorum ignominiam ſua auctori
tate illa iudicia cū equeſtri ordine repræhendiſſe. Quod ſi hanc apud eos ipſos Cēſores mihi aut alii cau
ſam agere licuiſſet hominibus tali prudētia certe probauiſſem res enī idicat: nihil ipſos habuiſſe cogniti
nihil comperti: ex tota ipſa ſubſcriptione rumorē quēdam & plauſum popularem eſſe quæſitum. Nam
I. L. Popilium q Oppianicum condemnarat: ſupſcripſit. L. Gelli⁹: quod is pecuniam accepiſſet: quo inno
centē condemnaret. iam: id ipſum quantæ diuinationis eſt ſcire inocentem fuieſſe reū quem fortaſſe nū
quam uiderat: cum homines ſapientiſſimi. Iudicis ut nihil dicā de iis qui cōdemnarant: cauſa cognita ſi

bi dixerint non liquere. Verũ eſto:condemnat.Popiliũ.Gellius iudicat accepiſſe a Cluentio pecuniã.Ne
gat hoc Lentulus Nam popilium quod erat libertini fili' in Senatum nõ legit:locũ quidem Senatoriũ
ludis & cætera ornaméta reliquit & eum omni ignominia liberat quod cũ facit:iudicat eius ſentẽtia gra-
tis eſſe Oppianicum condemnatum & eundem populum:poſtea Lentulus in ambit' iudicio ꝓ teſtimo-
nio diligentiſſime laudat.Quare ſi neq;.L.Gelli iudicio ſtetit Lentulus:neq; Lentuli æſtimatione cõten-
tus fuit Gellius & ſi uterq; Cenſor cenſoris opinione ſtandum ne putauit:qd eſt quamobrem quiſq; no-
ſtrum Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas & in perpetuũ ratas putet eſſe oportere:at in ipſum habitũ
animaduerterunt nullam quidem ob turpitudinem.Nullum ob totius uitæ non dicã uitiũ:ſed erratum.
Neq; enim hoc homine ſanctior:neq; ꝓbior:neq; in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquã
poteſt:neq; illi aliter dicunt:ſed eandem illam famam iudicii corrupti ſecuti ſunt:neq; ipſi ſecus exiſtimãt
ꝗ nos exiſtimare uolumus de huius pudore.itegritate:uirtute:ſed putarunt prætermitti accuſatorẽ non
potuiſſe cum animaduerſum eẽt i iudices.Qua de re tota ſi unum factũ ex omni antiquitate ꝓtulero:plu
ra non dicam:non enim mihi exemplũ ſummi & clariſſimi.uiri.P.Africani prætereũdum uidetur:q cum
eſſe cenſor.& in equitum cẽſu.C.Licinius ſacerdos prodiſſet:clara uoce ut oĩs cõcio audire poſſet.dixit ſe
ſcire illum uerbis conceptis peieraſſe:ſi qui contradicere uellet uſurũ eſſe eum ſuo teſtimonio : deinde cũ
contra nemo diceret iuſſit equum traducere.Itaq; Is cuius arbitrio & Po.Ro.exteræ gentes contẽtæ eſſe cõ
ſueuerunt.Ipſe ſua ſcientia ad ignominiam alterius cõtentus non fuit.Quod ſi hoc Habito facerẽ licuiſſet:
facile illis ipſis iudicibus & falſæ ſuſpicioni:& inuidiæ populariter excitatæ reſtitiſſet.Vnũ eſt etiam qd ma
xime me conturbat:cui loco reſpondere poſſe uix uideor:qd' elogium recitaſti de teſtaméto.Cn.Egnatii
patris hominis honeſtiſſimi uidelicet & ſapientiſſimi:iccirco ſe exhæredaſſe filiũ qd' is ad Oppianici dã-
nationem pecuniam accepiſſet:de cuius hominis leuitate & inconſtantia plura nõ dicam.hoc teſtamẽtũ
ipſum quod recitas eiuſmodi ẽ:Vt ille cum eum filium exhæredaret:quem oderat:ei filio cohæredes ho-
mines aleniſſimos coniungeret:quem diligebat.Sed tu Acci cõſideres cẽſeo diligẽter.Vtrum cẽſorum iu
dicium graue uelis eſſe:an Egnatii:ſi Egnatii:leue eſt quod cẽſores de cæteris ſubſcripſerunt:ipſum enim
Cn.Egnatiũm:quẽ tu grauem eſſe uis ex ſenatu eiecerunt:ſin autem cenſorum:hunc Egnatium quẽ pa-
ter cenſoria ſubſcriptione exhæredauit cenſores in ſenatum cum patrem eiicerent:retinuerũt.At.n.ſena-
tus uniuerſus iudicauit illud corruptum eſſe iudicium:quomodo ſuſcepit cauſam?an potuit rem delatã
eiuſmodi repudiare?cum trib.ple.cum populo cõcitato rem pene ad manus reuocauiſſet?cũ uir optimus
& homo inocentiſſimus pecunia circũuentus eſſe diceretur?cum inuidia flagraret ordo ſenatorius:potuit
nihil decerni?potuit illa concitatio multitudinis ſine ſummo periculo repub.repudiari?aut quid ẽ decre-
tum?ꝗ iuſte?ꝗ ſapienter?diligenter?ſi qui ſunt quorum opera factum ſit:ut iudicium publicum corrumpe
retur:utrum uidetur ſenatus id factum iudicare:an ſi factum ſit moleſte grauiterq; ferre?Si ipſe.A.Cluen-
tius ſententiam de iudiciis rogaretur aliam nõ diceret atq; ii dixerunt quorũ ſententiis cluentiũ cõdẽnatũ
eſſe dicitis.Sed quæro a uobis num iſtam legem ex iſto ſenatuſconſulto.L.Lucullus cõſul homo ſapiẽtiſ
ſimus tulerit.nũ anno poſt.M.Lucullus:&.C.Caſſius:in quos tũ cõſules deſignatos idẽ illud ſenat' decre
uerit:nõ tulerũt?& quod tu Habiti pecunia factum eſſe arguis:neq; id ulla tenuiſſima ſuſpicione cõfirmas
factum eſt primũ illorũ æquitate & ſapiẽtia cõſulum:ut id qd ſenat' decreuerat:ad illud inuidiæ præſens in-
cendium reſtinguẽdum:id poſtea ꝑferendũ ad populũ nõ arbitrarent' eẽ:deinde Po.Ro:q.L.Quintii tri.
ple.fictis quærimoniis antea cõcitatus:rẽ illã & rogationẽ flagitarat:idẽ.C.Iuni filii pueri parui lachrymis
cõmotus maximo clamore & cõcurſu totam illam legem & queſtionem repudiauit.Ex quo itelligi po-
tuit id qd ſæpe dictũ ẽ:ut mare quod ſua natura trãqllum ſit:uẽtoꝝ ui agitari atq; turbari : ſic & Po.Ro.ſua
ſponte eẽ pacatũ hominũ ſeditioſorum uocibus:& uiolẽtiſſimis tẽpeſtatibus concitari.Eſt etiã reliquam
ꝑmagna auctoritas:quã ego turpiter pene præterii:mea enim eſſe dicitur recitauit ex oratiõe neſcio qua
Accius:quã meã eſſe dicebat:cohortationẽ quandã iudicium ad honeſte iudicandũ : & commemoratio
nem:tũ illoꝝ iudicioꝝ:q ꝓbata nõ eſſent:tum illius ipſius iudicii Iuniani:perinde quaſi ego nõ ab initio
huius defenſionis dixerim inuidioſum illud fuiſſe iudiciũ:aut cũ de iſamia iudicioꝝ quæ probata nõ eẽnt
diſputarẽ:potuerim illud quod tam populare eẽt:in illo tempore præterire.Ego uero ſi quid eiuſmodi
dixi neq; cognitum commemoraui:neq; teſtimonium dixi:& illa oratio potius temporis mei:ꝗ iudicii
& auctoritatis fuit.Cum enim accuſarem:& mihi initio propoſuiſſem:ut animos & Po.Roma.& iudicũ
commouerem:cũq; omnes offenſiones iudiciorum non ex mea opinione:ſed ex hominum rumore ꝓ
ferrem iſtam rem:quæ tam populariter eſſe agitata:præterire non potui.Sed errat uehemẽter ſi quis in
oratiõibus noſtris quas habuimus in iudiciis:auctoritates noſtras cõſignatas ſe habere arbitrat'.Omnes
enim ille orationes cauſarum ac temporum ſunt:non hominum ipſorum aut patronum.Nam ſi cauſæ
ipſe pro ſe loqui poſſent:nemo adhiberet oratorem.Nunc adhibemur:ut ea dicamus:nõ quæ nr̃a aucto
ritate conſtituantur:ſed quæ ex re ipſa cauſaq; ducantur.Hominem ingenioſum Marcum Antoniũ aiũt
ſolitum eẽ dicere:iccirco ſe nullam unꝗ orationẽ ſcripſiſſe:ut ſi quid aliquando nõ opus eſſet ab ſe eſſe di
ctum:poſſet ſe negare dixiſſe:perinde quid a nobis dictũ ſit:id niſi litteris mandauerimus:hominum me
moria non comprehendat'.Ego uero in iſto genere libentius cum multorum tum hominis eloquẽtiſſi
mi & ſapientiſſimi.L.Craſſi auctoritatẽ ſequor:qui cum.L.Plantium defenderet accuſante.M.Bruto ho
mine in dicẽdo uehementi & callido:cum Brutus duobus recitatoribus cõſtitutis ex duabus eius oratio
nibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet.quod in diſſuaſione rogationis eius quæ cõtra co
loniam narbonenſem ferebatur:quãtum poteſt de auctoritate ſenatus detrahit:in ſuaſione legis ſeruiliæ

ſummis ornat ſenatū laudibus:& multa i equites Roma.cum ex ea oratione aſperius dicta recitaſſet quo
animi illorum iudicium in Craſſum incenderentur aliquantū eſſe commotus dicitur.Itaque i reſpōdē-
do primum expoſuit utruſq; orationē temporis ut ratio ex re & cauſa habita uideretur.Deinde ut intel-
ligere poſſ:t Brutus:quem hominē & nō ſolum qua eloquentia uerumentiam quo lepore:& quibus face
tiis præditum laceſſiſſet:tres & ipſe excitauit recitatores cū ſingulis libellis:quos.M.Brutus pater illius ac
cuſatoris de iure ciuili reliquit.Eorum initia cum recitare ut ea:quæ uobis nota eſſe arbitror forte euenit
ut ruri priuernate eſſemus ego & Brutus filius:fundū priuernatē flagitabat.In Albano eramus ego & Bru
tus filius:albanum poſcebat in Tyburti forte cū aſſediſſemus:Tyburtem fundum requirebat Brutum au
tem hominē ſapiētem:q filii nequitiam uideret:quæ prædia ei relinqueret:teſtificari uoluiſſe dicebat:q
ſi potuiſſet honeſte ſcribere ſe in balneis:cū id ætatis filio fuiſſe nō præteriſſe:eas ſe tamen ab eo balneas:
non ex libris patris:ſed ex tabulis & ex cenſu quærere.Craſſus tum ita brutum ultus eſt:ut illū recitatiōis
ſuæ pœniteret moleſte enim fortaſſe tulerat ſe in his orationib' reprehēſum:quas de Repu.habuiſſet:in
quibus forſitan magis requiratur conſtantia.Ego autem illa recitata non moleſte fero:neq; enim ab illo
tempore quod tum erat:neq; ab ea cauſa quæ tum agebatur:aliena fuerunt neq; mihi quicquam oneris
ſuſcepi:cum iſta dixi:quo minus honeſte hanc cauſam & libere poſſem defendere:q ſi uelim cōfiteri me
cām.A.Cluentii nō conſcere:antea fuiſſe in illa opinione populari:quis tandem id poſſit reprehenderet
præſertim iudices cum a uobis quodq; ipſis hoc impetrari ſit æqſſimū:quod ego ab initio petiui: & nunc
peto.ut ſi quam huc grauiorem de illo iudicio opinionem attuliſtis:hac cauſa perſpecta atq; omni ueri-
tate cognita deponatis.Nūc quoniam ad omnia quæ abs te dicta ſunt.T.Acci de Oppianici dānatiōe reſpō
di:confiteare neceſſe ē:te opinione multū ſefelliſſe:q exiſtimaris me cauſam.A.Cluenti non facto eı':ſed
lege defenſurum.Nam hoc perſæpe dixiſti:tibi ſic renunciari:me habere in animo cauſam hāc præſidio
legis defendere.Ita ne ē:ab amicis uidelicet imprudētes prodimur & ē neſcio qs de his quos amicos no-
bis arbitramur:qui noſtra conſilia ad aduerſarios defenderat:Quiſnam tibi hoc renunciauit:Quis tē ipro
bus fuit:cui aūt ego narraui:Nemo:ut opinor:in culpa eſt.Sed nimirum tibi iſtuc lex ipa renūciauit. Sed
num tibi ita defendiſſe uideor:ut tota i cauſa mentionem nullam fecerim legis:Nam ſecus hac cauſam
defendiſſem:ac ſi lege Habitus teneretur:certe ut hominem confirmare oportet:nullus eſt a me pugādi
locus iſtius ludioſi criminis prætermiſſus:Quid ergo eſt:quæret fortaſſe quiſpiam diſpliceat ne mihi le-
gum præſidio a capite periculū propulſare mihi uero iudices non diſplicet:ſed utor inſtituto meo in ho
minis hōeſti prudentiſq; iudicio.Nō ſolum meo iudicio uti conſueui.Sed multum etiam eius quem de
fendo & couſilio & uoluntati optempero.Nam ut hæc ad me cauſa delata ē:qui leges eas ad quas adibe-
mur.& in quibus uerſamur:noſſe deberem dixit. Habito ſtatim de eo qui coiſſet:quo quis cōdemnatet
illum eſſe liberum:teneri antem noſtrū ordinem:atq; ille me orare atq; obſecrare cœpit:ut ne ſeſe lege
defenderem.Cum ego quæ mihi uiderentur:dicerē:traduxit me ad ſuam ſentētiam affirmabat enim la
chrymans non ſe cupidiorem eē Ciuitatis retinēdæ.quam exiſtimationis morem homini geſſi:& tamē
icırco feci(neq; enim id ſemp facere debemus q uideā per ſe ipſam cauſam ſine lege copioſiſſime poſſe
dendi.Videbam in hac defenſione qua iam ſum uſus plus dignitatis:in illa qua me hic uti uoluit: mın'
laboris futurum.q ſi nihil aliud eēt actum:niſi ut hanc cauſam obtinerem:lege recitata peroraſſem.Neq;
me illa oratio commouerit:q ait Acci' indignum eē facinus:ſi ſenator iudicio quēquam circūueniret le-
gibus eum teneri:ſi eques Ro.hoc idem ferit non teneri. Vt tibi concedam hoc indignum eē quod eiuſ
modi ſit:iam uidero:tu mihi concedas neceſſe ē multo eē indignius in ea ciuitate:quæ legibus teneatur
diſcedi a legibus:hoc enim uinculum ē huius ciuitatis qua fruimur in Repu.hoc fundamētū libertatis:hic
fons æqtatis mēs & aius & cōſiliū:& ſnīa ciuitatis poſita ē in legibus: ut corpora nra ſine mēte:ſic ciuitas ſi-
ne lege ſuis partibus ut neruis ac ſanguine & mēbris uti nō pōt:legū miniſtri magiſtratus:legū iterptes iu
dices legū dēiq; icırco oēs ſerui ſumus:aut liberi eē poſſimus.Quid ē.Qu.Naſu cur tu i hoc loco ſexto le
cūdas:q̄ uis ē.q̄ abs te hi iudices tali dignitate ꝑditi coherceāt:Vos aūt iudices q̄obrē ex tāta multitudie ci
uiū tam pauci de hoium fortunis ſuſam fertis:quo iure Accius quæ uoluit dixit : cur mihi tam diu dicē
di poteſtas datur:qd ſibi aūt illi ſcribæ:quid lictores:quid cæteri quos apparere huic quæſtioni uideo uo-
lūt:opinor hæc omnia lege fieri:totumq; hoc iudicium ut autea dixi:quaſi mētē quadā regi legis & admi
niſtrari.Quid ergo ē:hæc quæſtio ſola ita gubernatur:Quid.M.Pletorii:&.C.Flaminii inter ſiccarios:qd
C.Orchinii peculatus:quid mea de pecūiis repetundis:quid.C.Aquilii:apud quem nūc de ambitu cau-
ſa dicitur:qd reliquæ quæſtiones.Circunſpicite omnes.R.P.partes omnia legum imperio & præſidio
fieri uidebitis.Sed qa apud me te.T.Acci reū uelii facere:clamas te lege pecuniarum repetundarum nō
teneri.neq; tua hæc reculatio cōfeſſio ſic captæ pecuniæ:ſed laboris:ſed piculi nō legitimi declīatio .Nūc
qd agatur:& quid abs te iuris conſtituatur:uide.Iubet ea lex qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt iudicem
q̄ſtionis.hoc ē.Qu.Vocaniū cum iſtis iudicibus:qui ei obuenerint:uos compellat iudices quærere de ue
neno.in quē quærere:infinitum ē qcūq; fecerit:uēdiderit:emerit:habuerit.dederit:qd eadem lex ſtatim
adiūgit recita:deq; eius capite.Qu.quæritio:cuius qui coierit conuenerit:non ita ē.Quid ergo ē : dic. Qui
tribunos militū legionibus quattuor primis:qui ue quæſtores.Tri.Ple.deinceps omnis magiſtratus no
minarat:qui ue in ſenatu ſententiā dixit:dixerit Qui tum:qui eorum coit coierit : conuenit:conuenerit
quo qs iudicio publico comdemnaretur:qui eorum quorum uidelicet qui ſupraſcripti ſūt . Quid intereſt
utro modo ſcriptum ſit:& ſi ē compertum:tamen ipſa lex docet.Vbi enim omnes mortales alligat:ita lo
quitur:qui uenenum malum fecit:fecerit:omnes uiri:mulieres:liberi:ſerui:in iudicium uocantur:ſi itē de

coitione uoluiſſet:adiunxiſſe:qui ne coieritnūc ita eſt:dequæ eius capite quærito:qui magiſtratu habue-
runt ne ſanatu ſententiam dixerit:qui eorum coit:coterit.Nū is eſt Cluentius?certe nō eſt:quis ergo ē clu
entius:qui tamen defendi cauſam ſuam lege nolit.Itaq; abitio legem:mortem Cluētio gero:tibi: tū Ac-
ci pauca quæ ab huius cauſa ſeiuncta ſunt:reſpōdebo.Eſt enim quiddam in hac cauſa ꝙ Cluēti⁹ a ſe aliqd
quod ego ad me putē pertinere:hic putat ſua itereſſe:ſe re ipſa & geſto negocio.Nō lege defendi . Ego āt
mea exiſtimo intereſſe me in nulla diſputatione a b Accio uideri ſuperatum eſſe.Non enī mihi hæc cau
ſa ſola dicenda eſt.Omnibus hic labor meus propoſitus eſt.Quicunquæ hac facultate defenſionis cōtēti
eſſe poſſunt.Nolo quēquā eorum qui aſſunt exiſtimare me qua de lege ab Accio dicta ſunt:ſi reticuerī:cō
probare.quāobrem Cluenti de te tibi obſequor.neq; ego legem recito:neq; hoc loco pro te dico. Sed ea
quæ a me deſiderari arbitror nō relinquam :Iniquum tibi uidetur Acci eſſe:non iiſdem legibus omnes
teneri:primum ut id iniquiſſimum eſſe confitear.huiuſmodi eſt:ut commutatis eis opus ſit legibus:non
ut iis quæ ſunt:non pareamus.Deīde quis unꝗ hoc Senator accuſauit:ut cum altiorem gradū dignitatis
beneficio.P.R.eſſet conſecutus:eo ſe putaret durioribus legū cōditionibus uti oportere? Quā multa ſunt
commoda:quibus caremus ꝗ multa moleſta ac difficilia quæ ſubimus:atq; hæc omnia tantum honoris
& amplitudinis commodo compenſantur.Cōuerte nunc ad equeſtrem ordinem:atq; in cæteros ordīes
eaſdem uitæ conditiones non perferent. putant enim minus multos ſibi laqueos legum & cōditionū ac
iudiciorum propoſitos eſſe oprotere:qui ſummum locū ciuitatis aut non potuerunt aſcendere: aut non
petiuerunt.Atq; ut omittam leges alias omnes quibus nos tenemur:cæteri autē ſunt ordines liberati:hāc
ipſam legem ne quis iudicio circumueniretur.C.Gracchus tulit.eam legem pro plebe non in plebē tulit:
poſtea.L.Sylla homo a populi cauſa remotiſſimus tamē cū eius rei quæſtiōem hac ipſa lege conſtitueret
qua uos hoc tēpore iudicatis.Popu.Roma.quē ab hoc genere liberum acceperat:alligare nouo quæſtio-
nis genere auſus non eſt.Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet: pro illo odio quod habuit i equeſtrem ordinē:
nihil feciſſet libentius:ꝗ omnem illam acerbitatem proſcriptionis ſue:quæſtus i ueteres iudices ī hāc unā
quæſtionem obtuliſſet.Nec nunc quicꝗ agitur mihi credite iudices & proſpicite id quod prouidendū ē:
niſi ut Equeſter ordo in huiuſce legis periculum īcludatur.nequæ hoc agitur ab omnib⁹:ſed a paucis. Nā
ii Senatores qui ſe facile tuentur integritate & innocētia:quales ut uere dicā uos eſtis & cæteri qui ſine cu-
piditate uixerūt.Eq̄tes ordini Senatorio dignitate ꝓximos:concordia coniunctiſſimos eſſe cupiunt. Sed
ii qui ſe uolunt poſſe omnia:neq; præterea quicꝗ eſſe aut in homine ullo aut in ordīe:hoc uno metu ſe pu
tant Equites.Ro.in poteſtate ſua redacturos:ſi conſtitutum eſt:ut de iis qui rem iudicarent:huiuſcemodi
iudicia fieri poſſint.Vident enim auctoritatem huius ordinis cōfirmari:uidēt iudicia cōprobari :hoc me-
tu propoſito:euellere ſe aculeum ſeueritatis ueſtræ poſſe cōfidunt.Quis enim de hoīe audeat paulo ma-
iorib⁹ opibus prædito:uere & fortiter iudicare?cum uideat ſibi de eo quod coierit:aut cōſenſerit cauſam
eſſe dicendam?O uiros fortes Equites.Ro.q homini clariſſimo ac potentiſſimo.M.Druſo.Tri.ple.reſtite-
runt:cum ille nihil aliud ageret:ꝗ cum illa cuncta quæ tum erant nobilitatis:niſi utiquæ rē iudicaſſent.hu-
iuſcemodi quæſtionibus in iudicium uocarentur.Tūc.C.Flauius puſio.Cn.Titiniu⁹.C.Mœcenas illa ro-
bora P.R.cæteriſq; huiuſcemodi ordinis nō fecerunt idem:quod nunc Cluenti⁹:ut aliquid culpe ſuſcipe
re ſe putarēt recuſando:ſed apertiſſime repugnarunt.Cum hæc recuſarēt:& palam fortiſſime atq; hone-
ſtiſſime dicerent ſe potuiſſe iudicio.P.R.in ampliſſimū locum peruenire:ſi ſua ſtudia ad honores petēdos
cōferre uoluiſſent.Seſe uidiſſe i ea uita q̄lis ſplēdor ineſſet:q̄ta ornamēta:quæ dignita:quæ ſe nō cōtēpſiſ-
ſe:ſed ordine ſuo patriꝗ; ſuoꝝ cōtētos fuiſſe & uitā illā trāq̄llā & q̄etā remotā a ꝓcellis ſudiaꝝ & huiuſce-
modi iudicioꝝ ſeq maluiſſe:aut ſibi ad honores petēdos ætate itegrā reſtitui oportere:aut quoniā id non
poſſet eam conditionē uitæ:quā ſe cum petitionē reliquiſſent manere.Iniquum eē eos q honorū ornamē
ta propter periculoꝝ multitudinē prætermiſiſſent:populi beneficiis eē priuatos iudicioꝝ nouoꝝ piculis
nō carere ſenatorē hoc quæri nō poſſet.ꝓpterea q̄d ea cōditione ꝓpoſita petere cœpiſſet:quodq; pmulta
eſſēt ornamēta:quibus eam mitigare moleſtiam poſſet:locus:auctoritas domi ſplēdor:apud exteras na-
tiones nomen & gratia.Toga & prætexta:ſella curulis:iſignia:faſces:exercitus:impia:prouinciæ: quibus
in rebus cum ſummum recte factis maiores noſtri permixtū plura peccatis pericula propoſita eē uolue-
runt.Illi nō hoc recuſabant:ea ne lege accuſarentur:qua nunc Habitus accuſatur:quæ tūc erat ſempronia:
nunc ē cornelia intelligebant enim ea lege equeſtrē ordinem nō teneri:ſed ne noua lege colligarent:la-
borabant:Habitus ne hoc quidā unquam recuſauit:quo minus uel ea lege rationē uitæ ſuæ redderet: q
nō teneret.Quæ ſi uobis conditio placet:omnes id agamus:ut hæc quam primū i oēs ordīes quæſtio p
feratur.Interea quidē per deos imortales quoniā omnia commoda noſtra:iura:libertatē:ſalutem deniq;
legibus obtinemus:a legibus nō recedamus ſimul & illud quam ſit iniquū cogitemus.Po.Ro aliud nūc
agere uobis Rēpu.& fortunas ſuas cōmiſiſſe.ſine cura eē:nō metuere:ne lege ea qua nūquā ipſe iuſſerit
& q̄ſtiōe q̄ ſe ſolutū liberūq; eſſe arbitraretur per paucos iudices aſtrigat.Agit enim ſic cauſam. T.Accius
adoleſcēs bonus & diſertus oēs ciues legib⁹ teneri omnibus:uos attēditis & auditis ſilētio:ſicut facere de
betis.A.Cluētius eques Ro.Cauſam dicit ea lege qua lege ſenatores:& hi q magiſtratū habuerunt:ſoli te
nētur:mihi p eū recuſare.& i arce legis præſidia cōſtituere defenſionis meæ nō licet:ſi obtiuerit cauſam
Cluētius ſicuti ueſtra æquitate niſi confidimus:oēs exiſtimabunt id quod erit obtinuiſſe propter īnocen
tiam quoniam ita defenſus ſit:in legē autē quam attingere noluerit præſidii nihil fuiſſe:hic nunc ē q̄dā:
quod ad me pertineat:de quo ante dixi quod ego.Po.Ro.præſtare debeā:quoniam is meæ uitæ ſtatus ē
ut omnis mihi cura atq; opera poſita ſit in oīum piculis defendēdis uideo quāta & quā piculoſa & q̄ inſi-

nita quæſtio tentetur ab accuſatoribus cum eam legem quæ in noſtrum ordinē ſcripta ſit:.Po. Ro.trāſ
ferre cōentur.Qua lege eſt qui coierit:quod ꝗ late pateat:uidetis conuenerit æquæ īfinitū:& incertū ē:cō
ſenſerit.hoc uero cum Infinitum:tum obſcurum eſt:& occultum ē:falſum ne teſtimoniū dixerit:quis de
plæbe Romana teſtimonium dixit unꝗ:cui nō hoc periculū.T.Accio auctore paratum eſſe uideatis?Nā
dicturum ꝗdem certe:ſi hoc iudiciū plæbi ro.propoſitum ſi. neminem unꝗ eſſe cōfirmo:& ſed hoc polli
ceor omnibus:ſi cui forte hac lege negocium faceſſet:qui lege nō teneat̄:ſi is uti me defenſore noluerit
me eius cauſam legis præſidio defenſorū:& uel his iudicibus uel eoꝝ ſimillimis facillime probaturū:&
omni me defenſione uſurū eſſe legis:qua nunc ut utar ab eo cuius uoluntati mihi obtēperandū ē:nō cō
ceditur.Nō enim debeo dubitare iudices:quin ſi qua ad uos cauſa eiuſmodi delata ſit eius ꝗ lege nō tene
atur:etiam ſi is inuidioſus aut multis offenſus eſſe uideatur:etiam ſi eum oderitis:ēt ſi inuiti abſoluturi ſi
tis tamē abſoluatis:& religioni potius ueſtræ ꝗ odio pareatis.Eſt enim ſapiētis iudices meminiſſe ſe homi
nē cogitare tantū ſibi a.Po.Ro.eſſe ꝑmiſſum:quātū cōmiſſum ſit:& creditū & nō ſolū ſibi poteſtatem datā
uerūetiā fidē habitam eſſe meminiſſe:poſſe quē oderit:abſoluere quē nō oderit cōdēnare & ſemper non
quid uelit ipſe:ſed ꝗd lex & religio cogat cogitare:animaduertere qua lege re⁹ citetur de quo reo cogno
ſcat:quæ res in quæſtione uerſetur.Cum hæc ſunt uidenda.Tum uero illud ē hōinis magni iudicis atꝗ
ſapientis:cum illā iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit:non ſe putare eſſe ſolum neꝗ ſibi quodcunꝗ con
cupierit licere.Sed habere in conſilio legē:religionē:fidem:æquitatem:libidinem autē odiū:inuidiā:me
tū:cupiditateſꝗ oēs amouere:maximeꝗ exiſtimare cōſientiam mētis ſuæ quam a diis imortalibus accepi
mus:quæ a nobis diuelli non poteſt:quæ ſi optimoꝝ cōſiliorum atꝗ factoꝝ teſtis i omni uita nobis exit
ſine ullo metu & ſumma cū honeſtate uiuemus.Hæc ſi.T.Accius aut cognouiſſet:aut cogitaſſet ꝓfecto
ne conatus quidē eſſet dicere id quod multis uerbis egit.Iudicem quod ei uideat̄ ſtatuere:& nō deuīctū
legibus eſſe oportere:quibus de rebus mihi pro Cluentii uoluntate nimiū:pro Reip.dignitate parū:pro
ueſtra:prudentia ſatis dixiſſe uideor.Reliqua perpauca ſunt:quæ quia ueſtræ quæſtiōis erāt.Icirco illi ſta
tuerunt ſibi fugienda eſſe & proferenda:ne oium turpiſſimi reperirentur:ſi in iudicium nihil ꝑter iuidi
am attuliſſent.Atꝗ ut exiſtimetis neceſſario me de his rebus:de quibus iā dixerim:pluribus egiſſe uerbis
attendite reliqua:profecto itelligetis ea quæ paucis demōſtrari potuerūt:breuiſſime eſſe defenſa.Cn.Ce
cidio Samniti ei qui proſcriptus ē iniuriam in calamitatem eius ab huius familia factā eſſe dixiſti:a nullo
ille liberalius ꝗ a Cluentio tractatus ē:huius illum opes in rebus eius incommodiſſimis ſubleuarunt:atꝗ
hoc cum ipſe tum omnes eius amici neceſſariiꝗ cognorūt.Ancarii & paceni paſtoribus hu⁹ uillicū uim
& manus attuliſſe:cum quædam In collibus:ut ſolet controuerſia paſtorum eſſet orta.Habiti uillici rem
domini & priuatam poſſeſſionem defenderunt:cum eſſet expoſtulatio facta:cauſa illis demōſtrata ſine
iudicio cōtrouerſiaꝗ diſceſſum eſt.P.Aelii teſtamēto propinquus exhæredatus cū hæres:eēt:hic alietor i
ſtitutus eſt.P.Aelius Habiti merito fecit:neꝗ hic in teſtamento faciendo interfuit.Idꝗ teſtamentum ab
huius inimico Oppianico eſt obſignatum.Florio legatum ex teſtamento Inficiatum eſſe:nō ē ita:ſed cū
ſeſtertia.xxx.ſcripta eſſent:pro ſeſtertiis.ccc.neꝗ ei ſatis cautum uideretur.Voluit eum aliquid acceptum
referre liberalitatis ſuæ.Primo deberi negauit:poſt ſine controuerſia ſoluit.Cn.cuiuſdam Samnitis uxo
rem poſt bellum ab hoc eſſe repetitam:mulierem cum emiſſent deſectoribus:quo tempore eam primū
liberam eſſe audiuit ſine iudicio reddidit Cælio Ennium eſſe quendam cuius bona teneat Habit⁹:ē hic
Ennius egens:quidam calumniator:mercenarius:Oppianici qui ꝑ multos annos quieuit:deinde aliquā
do cum ſeruo habitiſfurti egit:nuper ab ipſo Habito petere cœpit:hic illo priuato iudicio mihi credite no
bis iiſdem fortaſſe patronis calumniā non effugiet.Atquæ etiam ut nobis renunciatur:hominem mul
tuꝝ hoſpitum.A.Biuium quendam cauponem de uia latina quæſtum eſſe dixiſti ſubornatis qui ſibi a
Cluentio ſeruiſꝗ eius in taberna ſua manus allatas eſſe dicat:quo de homine nihil etiam nūc dicere no
bis eſt neceſſe:ſi iuitauerit id quod ſolet:ſic hominem accipiemus:ut moleſte ferat ſe de uia deceſſiſſe.Ha
betis iudices quæ in totam uitam de moribus:A.Cluentii:quem illi inuidioſum reum uolūt eſſe:annos
octo meditati accuſatores collegerunt:ꝗ leuia genere ipſo:ꝗ falſa re:ꝗ breuia reſpōſa. Cognoſcite nūc id
quod ad ueſtrum iuſiurandum ꝑtinet:quod ueſtri iudicii eſt:quod uobis oneris impoſuit ea lex ꝗ coa
cti huc cōueniſtis:de criminibus ueneni:ut omnes intelligāt ꝗ paucis uerbis hæc cauſa perorari potuerit:
& ꝗ multa a me dicta ſint quæ ad huius uolūtatem maxīe ad ueſtrū iudiciū minime ꝑtinerēt.Obiectū eſt.
C.Vibiū cauponem ab hoc cluentio ueneno eē ſublatum:oportune abeſt homo ſumma fide:& oi uirtu
te ꝓditus.L.Fletoricus ſenator:qui illis cauponis hoſpes fuit & familiaris apud hūc ille Romæ habitauit
apud hūc ægrotauit:huius domi eſt mortuus.aut hæres ē Cluētius inteſtatum dico eſſe mortuū:poſſeſ
ſionemꝗ eis bonoꝝ prætoris edicto huic illius ſororis filio adoleſcenti prudentiſſimo & īprimis hone
ſto equiti Ro.datū Numerio Cluentio quem uidetis.Alterum ueneficii crimē Oppianico huic adoleſcē
ti cū eius in nuptiis more larinatium multitudo hominum pranderet.Venenum Habiti conſilio paratū
id cum daret̄ in mulſo Balbutium quendam eius familiarem:intercepiſſe:bibiſſe:ſtatimꝗ eē mortuum
hæc ego ſi ſic agerem tanꝗ mihi crimen eſſet diluendum:hæc pluribus uerbis dicerem:quæ nūc paucis ꝑ
currit oratio mea:quid unꝗ Habitus in ſe admiſit:ut hoc tantum ab eo facinus nō abhorrere uideatur?
quid autem magnopere Oppianicum metuebat:cū ille uerbum omnino in hac ipſa cauſa facere nullū
potuerit:huic autē accuſatores matre uiua deeſſe non poſſent:Quod iam intelligetis:an ut de cauſa eius
periculi nihil decederet an ad cauſam nouū crimen accederet?Quod autē tempus ueneni dādi illo die?
in i.la frequentia:per quem porro datum?Vnde ſumptum?quæ deinde iterceptio poculi?cur non de ite

gro autem datum⸗multa ſunt quæ dici poſſunt:ſed non committam ut uidear:non dicẽdo uoluiſſe dice
re:res enim iam ſe ipſa defendit:Nego illum adoleſcentem quem ſtatĩ epoto poculo mortuũ eſſe dixiſtis
oino illo die eſſe mortuum:magnum & impudens mendacium perſpicite & cætera dico illũ cum ad il⸗
lud prandium crudior ueniſſet:& ut ætas illa fert ſibi tum non pepercīſſet:aliquot dies ægrotaſſe:& ita eſ
ſe mortuum:qs huic rei teſtis eſt:idem q ſui luctus pater.Pater inquã illius adoleſcentis:quem propter ai
dolorem perte nuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in.A.Cluẽtium cõſtituere.Is hæc ſuo teſtimõio
ſubleuat quod recita.Tu autem niſi moleſtum ẽ pauliſper exurge:& perfer hunc dolorem cõmemoratio
nis neceſſariæ:ĩ ꝗ ego diutius nõ morabor quoniã quod fuit uiri optimi:feciſti ut ne cui inocẽti mœror
tuus calamitatem & falſum crimẽ afferret.Vnum ẽt mihi reliquum eiuſmodi crimẽ ẽ iudices:ex quo illd
perſpicere poſitis quod a me inicio orationis meæ dictum eſt quicquid mali per hos annos.A.Cluenti⁹
uiderit:quicquid hoc tempore habeat ſollicitudinis ac negocii id omne a matre eſſe conflatũ.Oppianicũ
ueneno negatum eſſe quod ei datũ ſit i pane p:M.Aſellium quendã familiarem ipſius idq; Habiti cõſilio
factum eſſe dicitis:In quo primũ illud quæro quæ cauſa Habito fuerit:cur inficere Oppianicum uellet:ini
micitias enim inter eos fuiſſe confiteor:ſed homines inimicos ſuos morte affici uolunt:aut ꝙ metuunt.
aut ꝙ oderunt.Quo tandẽ igitur Habius metu adductus tãtum i ſe facinus ſuſcipere conatus ẽ:qd erat ꝙ
tam Oppianicum pœna affectum ꝑ maleficiis eiectum e ciuitate quiſꝗ timeret:quid metuebat ne oppu⸗
gnaretur a perdito:an ne accuſaretur a condemnato:an ne exulis teſtimonio læderetur.Sin autẽ ꝙ ode
rat Habitus:& iccirco illum uita frui noluit adeo ne erat ſtultus:ut illa qua tum ille uiuebat uita eẽ arbitra
retur damnati exulis deſerti ab omnibus:quẽ propter animi iportunitatem nemo recipere tecto nẽo au
dire nemo alloqui nemo reſpicere uellet huius igit̃ uitæ Habitus inuidebat:hunc ſi acerbe & penit⁹ ode
rat:nõ eum ꝗ diutiſſime uiuere uelle debebat:huic mortẽ maturabat:inimicus:ꝙ illi unũ in malis erat ꝑ
fugiũ calamitatis:Qui ſi qd al ac uirtutis habuiſſet:ut multi ſæpe fortes uiri i eiuſmodi dolore mortem ſi⸗
bi ipſe conſciſſet:huic quãobrem id uellet inimicus offerre:quod ipſe ſibi optare deberet.Nam nunc qdẽ
quid tandẽ illi mali mors attulit:niſi forte ineptiis ac fabulis ducimur:ut exiſtimemus illũ apud iferos im
pioꝝ ſupplicia ꝑferre:ac plures illic offendiſſe inimicos:quã hic reliquiſſe.A ſocrus:ab uxorũ:a fratris:a li⸗
berorum pœnis:actum eẽ præcipitem in ſceleratoꝝ ſedẽ:atq; regionem:ꝗ ſi falſa ſunt:id quod omnes i⸗
telligunt:quid ei tandẽ aliud mors eripuit præter ſenſum doloris.Age uero uenenum per quem datũ:ꝑ
Marcum Aſellium:quid huic cum Habito nihil:potius ẽt ſimultas atq; adeo ꝙ ille Oppianico familiariſ
ſime eſt uſus.Ei ne igitur quem ſibi offenſorem Oppianico familiariſſimum ſciebat eſſe:potiſſimũ & ſu⸗
um ſcelus & illius periculum cõmitebat:cur deinde tu qui pietate ad accuſandum excitatus es:hũc Aſelli
um eſſe inultum iam diu ſinis cur nõ Habiti exemplo uſus es:ut per illũ qui attuliſſet uenenum de hoc
præiudicaretur.Iam uero illud ꝗ nõ probabile:ꝗ inuſitatum iudices:ꝗ nouum in pane datum uenenũ.
facilius ne potuit ꝗ in poculo:latius potius abditum habere aliqua in parte panis:ꝗ ſi totum colliq; factũ
in potione eſſet.Celerius potuit comeſum ꝗ epotum in uenas:atq; in omnes partes corporis ꝑmanere
facilius fallere in pane ſi eſſet animaduerſum ꝗ in poculo cũ ita cõfuſum eẽt:ut ſecerni nullo mõ poſſet:
At repẽtina morte periit:quod ſi eſſet ita factum:tamen ea res propter multorum eiuſmodi mortem ſatis
firmã ueneni ſuſpicionem non haberet:ſi eſſet ſuſpicioſum:tamen ad alios potius ꝗ ad Habitum pertine
ret.Verum in eo ipſo homines ipudentiſſime mentiuntur.Id ut intelligatis & mortem eius & quẽadmo
dum poſt mortẽ in Habitum ſit crimen a matre quæſitum cognoſcite.Cum uagus & exul erraret:atq; un⸗
dique excluſus Oppianicus i falernum ſe ad.C.Quitilium contuliſſet.Ibi primũ in morbũ incidit:at ſa
tis uehemẽter diuq; ægrotauit.Cum eſſet una Saſſia:& Stado Albio quodã colono homine ualẽte qui
ſimul eẽ ſolebat familiarius uteretur:ꝗ uir diſſolutiſſimus incolumi fortuna pati poſſet:& ius illud matri⸗
mõii caſtũ atq; legitimum damnatiõe uiri ſublatum arbitraretur.Nicoſtratus quidam fidelis Oppianici
ſeruulus pecurioſus & minime mendax multa dicit̃ renunciare domino ſolitus eſſe:interea Oppiãicus
cũ iam conualeſceret neq; i falerno iprobitatem coloni diutius ferre poſſet & huc ad urbem profectus eſ
ſet(ſolebat enim extra portã aliqd habere conducti)cecidiſſe ex equo dicitur:& homo infirma ualitudine
latus offendiſſe uehementer:& poſteaꝗ ad urbẽ cum febri uenerit:paucis diebus eſſe mortuus:mortis ra
tio iudices eiuſmodi eſt:ut aut nihil habeat ſuſpicionis:aut ſi quis habet id intra parietes i domeſtico ſce⸗
lere uerſetur.Poſt mortẽ eius Saſſia ſtatim moliri nepharia mulier cœpit inſidias filio:quæſtionem habe
re de uiri morte ſtatuit:emit deĩde a Rupilio quo erat uſus Oppianicus medico Stratonem quẽdam q̃ſi
ut idem faceret:quod Habitus in e mẽdo Diogene fecerat:de Stratone & de aſſecla quodam ſeruo ſuo
quæſiturã eſſe dixit:præterea ſeruum illum Nicoſtratum:quem nimium loquacem fuiſſe ac nimium do
mino fidelem arbitrabatur ab hoc adoleſcẽte Oppianico in queſtionem poſtulauit:hic cũ eſſet illo tem
pore puer:& illa quæſtio de patris ſui morte conſtituti diceret:& ſi illum ſeruum & ſibi beniuolum patri
fuiſſe arbitrabatur:nihil tamen eſt auſus recuſare.Aduocantur amici & hoſpites Oppiãici & ipſius mulie⸗
ris multi homines honeſti:atq; omnibus rebus ornati tormẽtis omnibus uehemẽtiſſimis quæritur cum
eſſent animi ſeruoꝝ & ſpe & metu tentati:ut aliquid in quæſtione dicerent:tamen ut arbitror auctorita⸗
te aduocatoꝝ:& ui tormentorum adducti in ueritate manſerunt neq̃ ſe quicꝗ ſcire dixerunt:quæſtio
illo die amicorum ſententia demiſſa ẽ.Satis longo interuallo poſt iterum aduocantur:habetur de itegro⸗
quæſtio:nulla uis tormentorum acerrimorum prætermittitur:aduerſarii aduocati etiam uix ferre poſſe
furere crudelis atq; iportuna mulier ſibi nequaquam ut ſperaſſet:ea quæ cogitaſſet procedere cum iã tor
tor atq; eſſent tormẽta ipſa defeſſa:neq; tamen illa finem facere uellet:quidam ex aduocatis:homo & ho⸗

noribus populi ornatus & ſumma uirtute præditus:itelligere ſe dixit:non id agi ut uerum inueniret:ſed
ut aliquid falſi dicere cogerentur:hoc poſtq̃ cæteri comprobarunt:ex omnium ſententia conſtitutũ eſt:
ſatis uideri eſſe quæſitum:Redditur Oppianico Nicoſtratus.Larinum ipſa proficiſcitur cum ſuis mœrẽs
quod iá certe incolumen filium fore putabat ad quem non modo uerum crimen:ſed ne ficta quidẽ ſuſpi
cio perueniret:& cui nõ modo apte inimicorum oppugnatio:ſed ne occulte quidẽ matris inſidie nocere
potuiſſent.Larinum poſtq̃ uenit:quæ a Stratone illo uenẽum antea uiro ſuo datum ſibi pſuaſum eſſe ſi
mulaſſet:inſtructã ei continuo & ornatam Larini medicinæ exercendæ cauſa tabernam dedit.Vnũ alte,
rum tertium annum Saſſia quieſcebat:ut uellæ atq; optare aliqd calamitatis filio potuiſſe q̃ id ſtruere & mo
liri uideret.Tum iterim Hortẽ.Q.Metello Conſ.ut huoc Oppianicum aliquid agẽtẽ ac nihil eiuſmodi
cogitantem ad hanc accuſationem detraheret inuito deſpondit ei filiã ſuam illam quã ex genero ſuſce,
perat:ut eum nuptiis alligatum ſimul & teſtamenti ſpe deuinctũ poſſit habere in poteſtate:hoc ipſo fere
tempore Strato ille medic⁹ domi furtum fecit:& cædem eiuſmodi.Cũ eſſet ĩ ædib⁹ armariũ:ĩ quo ſciret
eſſe nũmorum aliquantum & auri noctu duos conſeruos dormientes occidit in piſcináq; deiecit:ipſe ar,
marii fundum exequit:& ſeſtertiorũ & auri quinq; pondo abſtulit immo ex ſeruis puero nõ grandi con,
ſcio furto poſtridie cognito omnis ſuſpitio ĩ eos ſeruos qui non comparebant cõmouebatur.Cũ exectio
illa fundi in armario animaduerteretur:homines quonam modo fieri potuiſſet:qdã ex amicis Saſſiæ re
cordatus eſt:ſe nuper in auctione quadam uidiſſe in rebus minutis adũcam ex omni parte dẽtum & tor
tuoſam uenire ſerrulam:qua illud potuiſſe ita circumſecare uideretur.Ne multa pquirit a coactoribus ĩ
uenitur ea ſerrula ad Strationem perueniſſe:hoc initio ſuſpicionis orto & aperte ĩſimulato Stratõe:puer
ille conſcius pertimuit:rem omnem dominæ indicauit:homines in piſcina inuẽti ſũt Strato ĩ uincula cõ
iectus eſt:atq; etiam in taberna eius nummi nequaquam omnes reperiunt.Conſtituitur quæſtio de fur
to:nam qd quiſq̃ ſuſpicari aliud poteſt?An hoc dicitis armario expilato pecũia ablata nõ oĩ recupata:occi
ſis hominibus inſtitutam eſſe quæſtionem de morte Oppianici:cui probatis?quid eſt qd minus ueriſimi,
le proferre potuiſtis.Deinde ut omittam cætera:triennio poſt mortem Oppiãici de eius morte quærebatur:
atq; etiã incenſa odio priſtino Nicoſtratum eundem illum tum ſine cauſa q̃ſtionẽ poſtulauit.Oppia,
nicus primo recuſauit:poſtea q̃ illa abducturã ſe filiam:mutaturam eſſe teſtamẽtum minaret:mulier cru-
deliſſimæ ſeruum fideliſſimum non in quæſtionem tulit:ſed plane ad ſupplicium dedit:poſt triẽniũ igi
tur agitata deniq; q̃ſtio de uiri morte habebatur de q̃bus ſeruis hẽbat?Noua credo res obiecta:noui qdã
hoies ĩ ſuſpitione uocati ſunt.de Stratone & de Nicoſtrato qd Romæ:quæſitum de iſtis hominibus non
erat.Ita ne tãdẽ mulier iã nõ morbo ſed ſcelere furioſa:cũ q̃ſtionẽ hũiſſes Romæ cũ de.T.Annii.L.Rutilii
P.Saturii & cæterorum honeſtiſſimorum uirorum ſententia conſtitutũ eẽt:ſatis quæſitum uideri:eadẽ de re trien
nio poſt uſdem de hominibus nullo adhibito:nõ dicam uiro ne colonũ forte affuiſe dicatis:ſed bono ui
ro:in filii caput quæſtionem habere conata eſt.An hoc dicitis?mihi.n.uenit in mentem:qd dici poſſit:tã
etſi adhuc non eſſet dictũ:mementote cũ haberetur de furto quæſtio Stratonẽ aliquid de ueneno eſſe cõ
feſſum:hoc uno modo Iud.ſæpe multorum improbitate depreſſa ueritas emergit:& innocẽtiæ defenſio in
terclusa reſpirat:quod aut hi qui ad fraudem callidi ſunt:non tãtum audent quantũ excogitãt:aut illi quorum
eminet audacia atq; proiecta eſt:a conſiliis malitiæ deſeruntur:quod ſi aut cõfidẽs.aſtutia:aut callida eſſet au-
dacia uix ullo obſiſti modo poſſet.Vtrum furtum factum nõ eſt?At nihil clarius Larini fuit:an ad Strato
nem ſuſpicio non pertinuit.At is & ex ſerrula inſimulatus.& a puero cõſcio eſt iudicatus:an id actũ nõ ẽ
in quærendo?quæ fuit igitur alia cauſa quærẽdi?an id quod dicẽdum nobis eſt:& quod tum Saſſia dictitauit
cum de furto quæreret.Tum Strato iiſdem in tormentis dixit de ueneno:en hoc illud ẽ quod ante dixi
mulier abundat audacia:conſilio & ratione deficitur.Nam tabellæ quæſtionis plures proferũtur:quæ:re
citatæ uobiſq; editæ ſunt:illæ ipſe quas tum obſignatas eſſe dixit:in quibus tabellis de furto littera nulla ĩ
uenitur:non uenit in mẽtem primam orationẽ Stratonis conſcribere de furto.Poſt aliquid adiungere
dictum de ueneno quod non percontatione quæſitum:ſed dolore expſſum uideret.Quæſtio de furto ẽ:ue
neni iam ſuſpicioni ſuperiore quæſtione ſublata:quod ipſum hæc eadẽ mulier indicarat:quæ ut Romæ
de amicorum ſentẽtia ſtatuerat ſatis eſt quæſitum.Poſtea per triẽnium maxime ex omnibus ſeruis Sta,
tonem illum dilexerat:in honore habuerat:commodis omnibus affecerat.Cum igit de furto quæreret:
& eo furto quod ille ſine cõtrouerſia fecerat:tum ille de eo quod quærebat:uerbum nullum fecit.de ue,
neno ſtatim dixit:de furto ſi non eo loco quo debuit:ne in extrẽa quidem aut media:aut ĩ aliqua deniq;
parte quæſtionis uerbum fecit ullum.Iam uidetis illam nephariam mulierem iudices eadẽ manu qua ſi
detur poteſtas:interficere filium cupiat:hanc fictam quæſtionem cõſcripſiſſe:atq; iſtam ipſam quæſtionẽ
dicite quis obſignauit?unum aliquem nominate neminem repertetis:niſi forte eiuſmodi hominem quẽ
ego pferri malim q̃ neminem nominari:qd ais.T.Acci tu periculum capitis:tu iudicium ſcelens tu for
tunas alterius litteris cõſcriptas ĩ iudicium afferas?neq; earum auctorem:neq; teſtem ullum nominabis:
& quam tu peſtem innocentiſſimo filio ex matris ſinu depromſeris hanc hi tales uiri comprobabunt.
eſto ĩ tabellis:nihil eſt auctoritatis:quid ipſa quæſtio iudicibus:quid amicis:hoſpitibuſq; Oppiãici quos
adhibuerat antea:Quid huic tandem ipſi tempori:cur nõ reſeruata eſt:qd iſtis hominibus factum ẽ.Stra
tone & Nicoſtrato:Quæro ab te Oppiãice ſeruo tuo Nicoſtrato qd factũ ẽ:dicas:cũ tu hũc breui tpe accu,
ſaturus eẽs Romã deduceres:dare ptãte iudicãdi:ĩcolumẽ deniq; cõſeruare q̃ſtiõ:ſeruare his iudicibus:ſerua
re huic tẽpori debuiſti.Nam Stratonem quidem iudices in crucẽ actum eſſe execta ſcitote lingua:qd ne
mo eſt Larinatiũ qui neſciat:timuit mulier nõ ſuã cõſcientiam:non odium municipiũ:nõ famam

omnium:ſed quaſi non omnes eius ſceleris teſtes eſſent futuri:ſic metuit ne cōdēnaret extrema ſeruuli
uoce morientis.Quod hoc portentum dii immortales?quod tantum monſtrum ullis locis?quod tam inſe
ſtum ſcelus & imane?aut unde natum eſſe dicamus.Iam enim uidetis ꝓfecto iudices nō ſine neceſſariis
me ac maximis cauſis principio orationis meæ de matre dixiſſe.Nihil eſt enim mali:nihil ſceleris:ꝗd illa
non ab initio filio uoluerit:optauerit:cogitauerit:effecerit.Mitto illam primam libidinis iniuriā:mitto ne
pharias generi nuptias:mitto cupiditate matris expulſam ex motrimonio filiā quæ nōdum ad huiuſce
uite periculū:ſed ad comune familiæ dedecus pertinebant.Nihil de alteris Oppianici nuptiis quæror:q
rum illa cum obſides filios ab eo mortuos accepiſſet:tum deniq; in familiæ luctum:atq; i priuignorū
funus nupſit pretereo ꝙ Aurium:cuius illa quōdam ſocrus pauloante uxor fuiſſet:cū Oppinici eſſe ope
ra proſcriptum occiſum quæ cognoſceret:eam ſibi domum ſedem quæ cōiugii delegiti ꝗ quotidie ſupe
rioris uiri mortis indicia & ſpolia fortuarum uideret.Illud primum quæror de illo ſcelere iꝙ nunc deiq;
patefactum eſt.Fabritiani ueneni:quod iam tū recēs ſuſpicioſum cæteris:huic incredibile:nūc uero aper
tum iam omnibus:ac manifeſtum uidetur.Nō profecto de illo ueneno cælata mater:nihil eſt ab Oppia
nico ſine conſilio mulieris cogitatum:quod niſi eſſet certe poſtea deprehēſa re:nō illa ut ab improbo ui
ro diſceſſiſſet.ſed ut a crudeliſſimo hoſte fugiſſet:domum illam i perpetuum ſcelere omni afluentem re
liquiſſet:non modo id nō fecit:ſed ab illo tempore nullum locum prætermiſit:in quo non strueret iſidi
as aliquas:ac dies omnes ac noctes totas mēte mater de pernice filii cogitaret.Quæ primum ut confirma
ret Opianicum accuſatorem filio ſuo donis muneribus collocatione filiæ ſpe hæreditatis obſtrinxit Itaq;
apud cæteros nouis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis ſæpe fieri diuortia atq; affinitatum diſſidia ui
dimus:hæc mulier ſatis firmum accuſatorem filio ſuo fore neminē putauit:niſi q in matrimoniū ſoro
rem eius ante dixiſſet:cæteri nouis affinitatibus adducti:ueteres inimicitias ſæpe depōunt.Illa ſibi ad cō
firmādas inimicitias affinitatis coniūctionē pignori fore putauit.Neq; in eo ſolulum diligens fuit:ut ac
cuſatorem filio ſuo compararet.ſed etiam cogitauit:quibus cum rebus armaret:hinc.n.illæ ſollicitatiōes
ſeruorum & minis & promiſſis:hinc illæ infinitæ crudeliſſimæq; de morte Oppianici quæſtiones:quib'
finem aliquando nō mulieris modus ſed amicorum auctoritas fecit:ab eodem ſcelere ille triēnio poſt
habitæ Larini ꝗſtiones:eiuſdem amentiæ falſæ conſcriptiones quæſtionum:ex eodem furore etiam illa
conſcelerata exectio linguæ:totius deniq; huius ab illa eſt & inuēta & adornata cōparatio criminis:Atq;
his rebus cum inſtructum accuſatorem filio ſuo Romam ipſa miſiſſet:pauliſper conquirendorū & con
ducēdorum teſtium cauſa Larini & commorata:poſtea autem cum appropiquare huius iudiciū ei nun
ciatum eſt:confeſtim huc aduolauit:ne aut accuſatoribus diligētia aut pecunia teſtib' deeſſet:aut ne for
te mater hoc ſibi optatiſſimum ſpectaculum huius ſordidum atq; luctus & tantis ſqualoris amitteret.Iā
uero quod iter Romam eius mulieris fuiſſe exiſtimatis:quod ego ꝓpter uicinitatem equinatiū & a fra
ternorum ex multis audiui:& comperi quos concurſus in iis oppidis:quantos & uirorum & mulierū ge
mitus eſſe factos?Mulierem quādam Larino.atq; illa uſq; a mari ſupero Romam proficiſci:cum magno
comitatu & pecunia:quo facilius circumuenire iudicio capitis atq; opprimere filium poſſet.Nemo erat il
lorum pœne dicam:quin expiandum illum locum eſſe arbitraretur:quacunq; illa iter feciſſet:nemo qui
terram ipſam uiolari:quæ mater eſt omnium ueſtigiis cōſceleratæ matris putaret.Itaq; nullo in oppido
conſiſtendi poteſtas ei fuit.Nemo ex tot hoſpitibus inuentus eſt:qui non cōtagionē aſpectus fugeret:no
cti ſe potius ac ſolitudini:ꝗ ulli aut urbi aut hoſpiti committebat.Nunc uero quid agat:quid moliat:quid
deniq; quotidie cogitet:quem ignorare noſtrum putat:quos appellarit quibus pecuniā promiſerit:quo
rum fidem præcio labefactare conata ſit:tenemus.Quin etiā nocturna ſacrificia quæ putet occultiora eē:
ſcelerataſq; eius ꝑces:& nefaria uota cognouimus:quibus illa etiam deos immortales de ſuo ſcelere teſta
tur.Neq; intelligit pietate & religione & iuſtis precibus deorum mentes non contaminata ſuperſtitione
neq; ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe placari.Cuius ego furorem atq; crudelitatē deos immor
tales a ſuis aris atq; tēplis aſpernatos eſſe confido.Vos iudices:quos huic.A. Cluētio quoſdā alios deos
ad omne uitæ tempus fortūa eſſe uoluit:huius importunitatem matris a filii capite depellite.Multi ſæpe
i iudicando peccata liberorum parentum miſericordiæ cōceſſerunt.Vos ne huius honeſtiſſime actā ui
tam:matris crudelitati condonetis:rogamus:præſertim eum ex altera parte totum municipium uidere
poſſitis.Omnes ſcitote.Iudices icredibile dictu eſt.Sed a me ueriſſime dicet:oēs larinates q ualuerūt.Ve
niſſe Romā.ut hunc ſtudio frequentiaq; ſua quantum poſſent in tanto eius periculo ſubleuarēt.Pueris
illud hoc tempore ac mulieribus oppidum ſcitote eſſe traditum Idq; in præſentia communi Italiæ pace
in domeſticis copiis eſſe totum.Quos tamen ipſos æque & eos quos præſentes uidetis.Huius expecta
tio iudicii dies noctesq; ſollicitat.Non illi uos de unius mūicipiis fortunis arbitrantur:ſed de totius mūi
cipii ſtatu:dignitate:commodiſq; omnibus ſententias eſſe laturos.Summa eſt enim iudices hominis in
communem municipii rem diligentia:in ſingulos municeps benignitas:in omnes homīes iuſticia:& fi
des.Præterea nobilitatem illam inter ſuos:locumq; a maioribus traditum ſic tuetur:ut maiorem grauita
tem:conſtantiam:gratiam:liberalitatem aſſequatur.Itaq; iis eum uerbis publicis laudant:ut nō ſolum te
ſtimonium ſuum iudiciumq; ſignificent:uerum etiam curam animi ac dolorem.Quæ dum laudatio re
citatur:uos quæſo qui iam detuliſtis:aſſurgite.Ex lachrymis horum iudices exiſtimare poteſtis omnes
hæc decuriones decreuiſſe lachrymātes.Age uero uicinorū quantū ſtudiū:ꝗ icredibilis beniuolētia:cura
non illi in libellis laudationum decreta miſerūt:ſed homines honeſtiſſimos.Quos noſſemus oēs huic
frequentes adeſſe:& hunc præſentes laudare uoluerūt.Adſunt Frētani homines nobiliſſimi Matrucini

Item pari dignitate Teano Apulo:atq; Luceria Equites. Roma.homines honeſtiſſimos laudatores uide
tis.Boiano totoq; ex Samnio cum laudationes honeſtiſſimæ miſſæ ſunt.tum homines ampliſſimi nobi
liſſimiq; uenerunt.Iam qui in agro Larinati prædia:qui negocia:qui res pecuniarias habēt honeſti homi
nes:& ſummo ſplendore prædıti:difficile dictu eſt:quam ſint ſolicıti:q̄ laborent.Non multi mihi ab uno
ſic diligi uident:ut hic ab his uniuerſis:quando abeſſe ab huius iudicio.L.Voluſienum ſummo ſplendor
hominem ac uirtute præditū uellem præſentem poſſem. P.Heluidium Ruffum equitem Ro.omnium
ornatiſſimum nominare:qui cum huius cauſa dies nocteſq; uigilaret:& cum me hāc cauſam doceret:in
morbum grauem periculoſum,que incidit:in quo tamen nō minus de capite huius:q̄ de ſua uita laborat.
Cn.Tudici Senatoris uiri optimi & honeſtiſſimi par ſtudiū & teſtimōio & laudatiōe cognoſcetis.Eadē ſpe
ſed maiore uerecūdia de te.P.Volumni:quoniam iudex es:in.A.Cluentim dicimus. Et ne longū ſit om
nium uicinorum ſummā eſſe in hunc beniuolentiam confirmamus.Horum omnium ſtudium:curam:
diligentiam:meum que una laborem:qui totam hanc cauſam uetere inſtituto ſolus perorauı:ueſtraq; ſi
mul iudices æquitatem & manſuetudinē una mater oppugnat.At quæ mater:quam cæca crudelitate &
ſcelere ferri uidetis:cuius cupiditatem nulla unquam turpitudo retardauit:quæ uitiis animi in deterrimas
partes iura hominum cōuertit omnia.Cuius ea ſtulticia eſt:ut eā nemo hominem:ea uis ut nemo fœmi
nam:ea crudelitas:ut nemo matrē appellare poſſit.Atq; etiam nomina neceſſitudinū nō ſolū naturæ no
men & iura mutauit:uxor generi:nouerca filii:filiæ pellex:eo iā deiq; adducta:ē ut ſibi pter formā nihil ad
ſimilitudinē hoīs reſeruant. Quare iudices ſi ſcelus odiſtis:prohibete aditū matris a filii ſanguīe date parē
ti hunc icredibilē dolorem ex ſalute:ex uictoria liberum.Patimini matrē ne orbata filio lætet:uıctā pot
ueſtra æqtate diſcedet.Sin āt id qd uſa natura poſtulat pudorē:bonitatē:uirtutēq; diligitis:leuate hūc aliqñ
ſupplicē ueſtrū iudices tot annos ī falſa inuidia.piculiſq; uerſatū.Qui nūc primū poſt illā flammā aliorū fa
cto & cupiditate excitatē: ſpe ueſtræ æquitatis engere aīum:& paulū reſpirare a metu cœpit:cui poſita ſunt
in uobis oīa:quē ſeruatū eſſe plurimi cupiunt:ſeruare ſoli uos poteſtis Orat uos. Habitus Iud. & flēs obſe
crat:ne ſe inuidiæ quæ in iudiciis ualere non debet:ne matri cuius uota & preces a ueſtris mentib' ſpudia
re debetis:ne Oppianico hoī nephario cōdēnato iā & mortuo eſſe donetis.Quod ſi qua calamitas hunc i
hoc iudicio afflixerit inocentē:ne iſte miſer iudices:ſi id qd difficile factū ē in uita remanebit:ſæpe & mul
tum quæret:deprehenſum eſſe illud quōdam fabricianum uenenum quod ſi ſcitum iudicatum non eēt:
non huic erumnoſiſſimo uenenum illud fuiſſet:ſed multorum medicamētum laborū poſtremo etiā for
taſſis mater exequias illius funeris proſecuta mortem ſe filii lugere ſimulaſſet.Nūc uero qd erit profectū
niſi ut huius ex mediis mortis īſidiis uita ad luctum cōſeruata:mors ſepulchro patris priuata eſſe uideat
Satis diu fuit ī miſeriis iudices:ſatis multos ānos ex inuidia laborauit.Nemo huic tā iniquus preter parētē
fuit:cui' aīum nō iā explectū eē putemus:uos q eqeſtis oibus q ut qſq; crudeliſſime oppugnat:eū leuiſſime
ſubleuatis:cōſeruate.A.Cluentiū.Reſtitute incolumen municipio:amicis:uicinis hoſtib':quorum ſtudia ui
detis.Reddite uobis ī ppetuū liberiſq; ueſtris obſtrigite.Veſtrū ē hoc iudices:ueſtræ dignitatis:ueſtræ cle
mētiæ.Recte hoc repetit a uobis:ut uirū optimū atq; inocentiſſimū plurimiſq; mortalibus carū atq; iucun
diſſimū:his aliqñ calamitatib' liberetis:ut omnes intelligant in cōcionib' eē īuidiæ locū:ī iudiciis ueritati.

M.T.C.PRO PVBLIO Q VINTIO:ORATIO.

QVAE RES In ciuitate duæ plurimū poſſunt:hæ cōtra nos ambæ faciūt ī hoc tempoī ſum
ma gratia & eloquentia:quarum alteram. Aquili uereor alterā metuo.Eloquētia.Qu.Hor
tēſi ne me ī dicēdo īpediat nō nihil cōmōueor:gratia Sex.Neuii.ne.P.Quītio noceat:id
uero nō mediocriter ptimeſco.Neq; hoc tantope quærendū uideret hæc ſūma ī illis eēt
ſi ī uobis eſſent ſaltē mediocria.Verū ita res ſe habet:ut ego q neq; uſu ſatis & īgenio pa
rū poſſum cū patrono diſertiſmo cōparer.P.Quītius cui tēues opes:nullæ facultates exi
guæ amicorum copiæ ſūt:cū aduerſario gratioſiſſimo contēdat.Illud quoq; nobis accedit
incōmodū:q.M.Iunius:qui hāc aliquotiēs apud te ægit homo & ī aliis cauſis exercitatus:& tu hac multū
ac ſæpe uerſatus hoc tpe abeſt:noua legatiōe īpeditus:& ad me uētū eſt q ut ſumma haberē cætera tēporis
qdē certe uix ſatis habui:ut rem tantam tot cōtrouerſiis implicitam poſſem cognoſcere:ita qd mihi con
ſueuit in cæteris cauſis eſſe adiumēto:id quoq; in hac cauſa defecit.Nā quo mīus īgenio poſſum:ſubſidio
mihi diligentiam cōparaui:quæ quanta ſit:niſi tēpus & ſpaciū datū ſit:itelligi nō pōt:quæ quo plura ſunt.
C.Aquili eo te & hos q tibi ī cōſilio adſunt:meliori mēte nſa uerba audiř oportebit:ut multis incōmodis
ueritas debilitata:tide æqtate taliū uirorum recreet.qd ſi tu iudex nullo pſidio fuiſſe uidebere cōtra ui & gra
tiā ſolitudini atq; īopiæ:ſi apud cōſiliū hoc ex opibus nō ex ueritate cā pēdet pfecto nihil ē iā ſanctum atq;
ſincerum ī ciuitate:nihil ē qd humilitatē cuiuſq̄ grauitas & uirtus iudicis cōſolet:certe aut apd te & eos q tibi
adſūt ueritas ualebit:aut ex hoc loco repulſa ui & gr̄a locū ubi res cōſiſtat:reperire nō poterit:Nō eo dico.
C.Aqli q mihi uēiat ī dubiū tua fides & cōſtātia:aut quo nō his quos tibi aduocaſti:uiris electiſſimis ciui
tatis ſpē ſummā habere.P.Quītius debeat:Quid ergo eſt:primū magnitudo piculi ſummo tiore hoiem
cōficit q uno iudicio d fortūis oibus decernit.Idq; cū cogitat:nō mīus ſæpe ei uenit ī mētē uis poteſtatis ī
q̄ æqtatis:tuæ ppterea q oēs quorum ī alterius māu uita poſita ē:ſæpius illud cogitāt qd poſſit is cuius in di
ciōe ac ptāte ſunt:q̄ qd debeat facere:deīde habet aduerſariū.P.Quītius uerbo Sextū Næuium re uera hu
iuſce ætatis hoīes diſertiſſimos:fortiſſimos:ornatiſſimos noſtræ ciuitatis:q cōi ſtudio ſūmis opibus Sex.
Næuiū defendūt:ſi id eſt defendere:cupiditati alterius obtēperare:quo is facilius quē uelit iniquo iudicio
opprimere poſſit:nā qd hoc iniquius aut īdignius.C.Aqli dici aut cōmemorari pōt:q̄ me q caput alterius

ſamá:fortunaſq; defendá prior loco:cám dicere rũ pſertim.Qu. Hortenſius:q hoc iudicio partes accuſato
ris obtinet:cõtra me ſit dictur⁹:cui ſummã copiam facultatẽq; dicẽdi natura largita ẽ.Ita ſit ut ego q tale de
pellere:& uulneribus mederi debeã:tũ id facere cogar:cũ ẽt telũ aduerſarius nullũ legerit:illis aũt id ipſ ĩ
pugnãdi detr:cũ & uitãdi illoꝝ ĩpetus ptãs adẽpta nobis erit:& ſi qua in re id qd parati ſunt facer̃ falſum cri
mẽ:qſi uenenatũ aliqd telũ legerit:medicinæ faciẽdæ locus non erit.Id accidit prætoris iniqtate & iniuria.
primũ ꝙ cõtra oium cõſuetudinẽ iudiciũ prius de probo q̃ de re maluit fieri deinde ꝙ ita cõſtituit id ipſum
iudiciũ:ut:reus anteq̃ uerbũ accuſatoris audiſſet:cãm dicere cogeret.Quod eorũ gratia & potẽtia factũ eſt:
q quaſi ſua res aut honos agat.Ita diligẽter.Sex.Næuii ſtudio:& cupiditati morẽ gerũt:& ĩ huiuſmo rebꝰ
opes ſuas experiunt:in qbus quo plus pp uirtutẽ nobilitatẽq; pñt:eo minus q̃ poſſint debẽt oñdere:cũ tot
tantiſq; difficultatibus affectus atq; afflictus in tuã.C.Aqli fidẽ ueritatẽ miſericordiã.P.Quintius cofugerit
cũ adhuc ei pp uim aduerſariorẽ non ius par:nõ agẽdi ptãs eadẽ nõ magiſtratꝰ æquus reperiri potuerit:cũ
ei ſummã per iniuriam omnia inimica atq; infeſta fuerint:te.C.Aquili:uoſq; qui in conſilio adeſtis orar
atq; obſecra ut multis iniuriis iactatam atq; agitatam æquitatem in hoc tandem loco conſiſtere:& confir
mari patiamini.Id quo fecilius facere poſitis: dabo operam ut a principio res queadmodũ geſta & cõtra
ctata ſit cognoſcatis.C.Qu.fuit.P.Quintii cuius frater.ſane cæteraꝝ reꝝ paterfamilias & prudẽs & attẽtus
una ĩ re paulominus cõſideratus:q ſocietatẽ cũ Sex.Næuio fecerit uiro bono.ueꝝ tñ nõ ita iſtitutio:ut iura
ſocietatis & officia certi patriſfamilias noſſe poſſet nõ quo eidẽ deeſſet igeniũ.Nã neq; parũ facetꝰ Scurra
Sex.Næuius:neq; humanus pco unq̃ ẽ exiſtimatus.Quid ergo ẽt:cũ ei natura nihil meliꝰ q̃ uocẽ dediſſet:
pater nihil pter libertatẽ reliqſſet: uocẽ in queſtũ cõtulit: libertate uſus eſt:quo ĩpunius dicax eſſet.Quare
ꝙ ſociũ tibi eũ uelles adiũgere:nihil erat niſi ut in tua pecunia cõdiſceret:q pecuniæ fructus eẽt tũ inductus
cõſuetudine ac familiaritate Quintius:fecit ut dixi ſocietatẽ eaꝝ reꝝ qua in gallia cõparabant.erat ei pecu
ria res ampla & ruſtica ſane bene culta & fructuoſa.Tollit ab atriis licinii atq; pconũ cõſeſſu in galliã Næ
uius:& trans alpes uſq; tranſfert:fit magna mutatio loci nõ ingenii Nãq ab adoleſcentulo quæſtũ ſibi iſtitu
iſſet ſine impendio:poſteaq̃ neſcio qd impẽdit:& in cõe cõtulit:mediocri queſtu contentꝰ eſſe nõ poterat.
Nec mirum ſi is qui uocem uenalem habuerat:ea quæ uoce quæſiuerat.magno ſibi quæſtui fore putabat.
Itaq; hercule haud mediocriter de communi quod quiſq; poterat:ad ſe in priuatam domum ſe uocabat
qua in re ita diligens erat:quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent:arbitrium pro ſocio cõdemnari ſo
leant.Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea quæ me.P.Quintiꝰ cupit commemorare : tamẽſi
cauſa poſtulat:tamen quia poſtulat non flagitat:prætéribꝰ.Cum annis iam quam plures ſocietas eſſet:&
cum ſæpe ſuſpectus Quintio Næuius fuiſſe:neq; ita cõmode poſſet rationem reddere earum rerũ quas
libidine non ratione geſſerat:moritur in gallia Quintius cũ adeſſet Næuius:& moritur repentino: hære
dem teſtamento reliquit hunc.P.Quintium:ut ad quem ſummus mœror morte ſua ueniebat:ad eũdem
ſummus honos quoq; perueniret.Quo mortuo nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur.Quintius.
Ibi cum iſto Næuio familiariter uiuit:annum fere una ſunt.Cum & de ſocietate multa iter ſe cõmunica
rent:& de tota illa ratione atq; re gallicana:neq; interea uerbum ullum interpoſuit.Næuius aut ſocieta
tem ſibi quippiam debere:aut priuatum.Quintium debuiſſe.Cum æris alieni aliquantum eſſet relictum:
ĩ uir:multis uadimoniis deſertus ſæpe illuſi ac deſtituti:cõſiderãt.n.qd & q̃tũ ſit alterius bona pſcribere in
gulare ciuẽ ne iure quiſq̃ bonis uult:Mauult.n.cõmemorate ſecũ poſſe pdere pepciſſe quã eũ parcere po
tuerit pdidiſſe:hoc ĩ hoies alieniſſimos deideq; inimiciſſimos uiri boni faciũt:& hoium exiſtimatiõs &
cõmunis humanitatis cã:ut cũ ipſi nihil alteri ſcientes icõmodarint:nihil ipſis iure in cõmodi cedet poſſit.
Ad.uadimoniũ nõ uenit:q̃s ppiquus ſi res iſta grauiſſima ſua ſpõte uideret tamẽ eiꝰ atrocitas neceſſitudis
noie leuaret.Ad uadimoniũ nõ uenit:q̃s ſociꝰ ẽt grauius aliqd ei deberes cõcedere:q cũ te aut uolũtas cõ
gregaſſet.aut fortuna cõiũxiſſet.Ad uadimoniũ nõ uẽit q̃s ẽis q tibi pſto ſemper fuit ĩ eũ q ſemel hoc cõmi
ſit:ut tibi pſto nõ eẽt:oĩa tela cõiecisti:q̃ pata ſunt ĩ eos:q p multa male agẽdi cã fraudãdiq; fecerũt.Si dupũ
dius tuus geret.Sex.Neui:ſi ĩ paruula re captiõis aliqd uererer:nõ ſtatim ad.C.Aquiliũ:aut ad eoꝝ aliquẽ
q cõſulunt ius amicitiæ:ſocietatis:affinitatis:ageret cũ offici rationẽ atq; exiſtimatiõis duci cõuenire.Eo
tpe tu ñ mõ ad.C.Aqliũ aut ad.L.Lucullũ:ne ipſe idẽ te cõſuluiſti:ſed ne ipſe qdẽ ad te retuliſti ne hæc qdẽ
tecũ locutus es:horæ duæ fuerũt.Quitiꝰ ad uadimoniũ nõ uẽit qd ago ſi meherrule hæc tecũ duo uerba
feciſſes:qd ago ĩſpiraſſet cupiditas atq; auaritia paululũ aliqd loci rõni & cõſilio dediſſes.Tu te collegiſſes
nõ ĩ eã turpitudinẽ ueniſſes:ut hoc tibi eẽt apud tales uiros cõficiẽdũ.Qua tibi uadimoniũ nõ ſit obiũ ea
dẽ te hora cõſiliũ cœpiſſe hoĩs ppiqui fortũas funditus euertere.Ego p te nũc hoc cõſilio poſt tps & ĩ alie
na re quoniã tu ĩ tua re cũ tps erat cõſulere oblitꝰ es.Quæro abs te.C.Aqli.L.Luculle.P.Quitili.M.Marcel
le:uadimoniũ mihi nõ obiit qdã ſocius & affinis meꝰ.q cũ mihi neceſſitudo:uetus:cõtrouerſia:de re pecu
niaria recẽs ĩtercedit poſtulo ne a ptore:ut eius bõa mihi poſſidere liceat.An cũ Romæ domus:ei uxor li
beri ſint:domũ potius denũciẽ:qd ẽ ꝙ nobis hac tãdẽ de re poſſit uideri:pfecto ſi recte ueſtrã bonitatem
atq; prudẽtiã cognoui:nõ multũ me fallit:ſi cõſulamini qd ſitis reſpõſuri:primũ expectare deide ſi latitare
ac diutius ludificare uideat amicos conuenire q̃rere q̃s pcurator ſit:domũ denũciare dici uix poſtq̃ multa
ſint:q̃ reſpõdeatis ante fieri oportere q̃ ad hãc rõnẽ extremã neceſſariã deuenire.Quid ad hæc Neuius.Ri
det.ſ.noſtrã amẽtiã:q ĩ uita ſua rõnẽ ſũmi officii deſideramus,& iſtituta bonoꝝ uiroꝝ reqramus qd mihi
ĩngt tũ iſta ſanctimonia ac ſũma diligẽtia.Viderit igt iſta officia uiri boni:de me tñ iſta cõſiderẽt nũqd ha
beã:ſed qbus rebus iueniri:q̃rãt & queadmodũ natus:& quo pacto educatus ſim.Memini uetus ẽ de ſcur
ra:multa facilius diuitẽ q̃ patrẽfamilias fieri poſſe:hæc ille ſi uerbis nõ audet:re qdẽ uera palã loqtur:&.n.ſi

uult uirorum bonorum inſtituto uiuere multo oportet:diſcat:atq; dediſcat:quorum illi ætati utrūq; dif-
ficile eſt.Noi dubitaui inquit cum uadimonium deſertum eſſet:bona proſcribere:improbe.Vtrum quo-
niam.tu.tibi id arrogas:& concedi poſtulas:cōcedamus:quid ſi nunquam deſeruit:ſi iſta cauſa abs te tota
per ſummā fraudē & malicīā facta eſt:ſi uadimoniū omnino tibi cum.P.Quintio nullum fuit:quo te no-
mine appellamus:improbū?At etiā ſi deſertum uadimoniū eſſet:tamen in iſta poſtulatione & proſcriptio
ne:bonoꝝ iprobiſſimus reperiebare.Nū malicioſum:negas fraudolentum:iam id quidē arrogas tibi:& p̄
clarū putas audacē:cupidū:perfidioſum:uulgaria & obſoleta ſunt:res autem noua atq; inaudita:qd ergo eſt:
uereor mehercule ne aut grauioribus utar uerbis q̄ natura fert:aut leuiorib' q̄ cā poſtulat.Ais eē uadimo
nū deſertū quæſiuit a te ſtatim:ut Romā rediit Quintius:quo die uadimoniū iſtud factū eē diceres:reſpon
diſti ſtatim nonis februariis diſcedens in memoriā rediit.Quintius quo die Roma in Galliam p̄fect' ſit
ad ephemeridē reuertitur.Inuenit' dies profectiōis pridie cal.februari' nonis februariis:ſi Romæ fuit can
ſæ nihil dicimus:qn tibi uadimoniū p̄miſerit:qd hoc inueniri qui pōt profectus eſt una.L.Albius hō ī pri
mis honeſtu dicet teſtimoniū p̄fecti ſunt familiares.Alibi Quintii:dicent hi quoq; teſtimoniū linere.P.
Quintii tot teſtes:qbus oib' cauſa iuſtiſſima ē:cur ſcire potuerūt:nulla cur mentiant':cū a ſtipulatore tuo:
cōparabūtur:ac in hac eiuſmodi cā.P.Quintius laborabit:& diutius in tāto metu miſer periculoq; uerſabi
tur:& uehementius eum gratia aduerſarii perterrebit:q̄ fides iudicis cōſolabit'.Vixit enim ſemp incultæ atq;
horride natura triſti atq; recōdita fuit:non ad ſolacium:non in cāpo:non in conuiuiis uerſatus eſt.Id egit
ut amicos obſeruantia:rem parſimonia retineret.Antiquam officii ratiōem dilexit:cuius ſplēdor omni
bus his moribus abſoluit.At ſi ī cauſa pari diſcedere inferior uideretur:tamen eēt nō mediocriter cōquerē
dum nūc in cauſa ſuperior ne ut par quidē ſit poſtulat:inferiorē eſſe patitur:dūtaxat uſq; eo ne cum bonis
fama fortuniſq; oibus Sex.Neuii cupiditati crudelitatiq; dedatur.Docui quod p̄mū pollicitus ſum.C.
Aquili cauſam omnino cur poſtularet nō fuiſſe:q̄ neq; pecūia debebatur:& ſi maxime deberetur:cōmiſ-
ſum nihil eē quare ad iſtam rationem perueniretur.Attende nūc ex edicto prætoris bona.P.Quintii poſſi
dere nullo mō potuiſſe tractat edictum q fraudationis cauſa non eſt is Quintius niſi ſi latitarūt:qui ad ne-
gociū ſuum relicto p̄curatore proficiſcuntur:cui hæres nō extabit:ne is qde q exilii cā ſolū uerterit.Quo tē
pore exiſtima oportuiſſe Neuii abſentem Quintium defendi.aut quo mō tū cū poſtulabas:ut bona poſſi
deres:nemo ſtuit.Neq; enim quiſq̄ diuinare poterat:te poſtulaturū neq; quēq̄ attinebat id recuſare:quod
prætor nō fieri:ſed edicto ſuo fieri iubebat.Qui locus igitur abſentis defendēdi procuratori primus dat'
ē cū proſcriboas:ergo affuit:nō paſſus eſt libellos deiecit.Sex.Alphenus:qui p̄m' erat officii gradus ſer
uatus ē a procuratore ſumma cū diligentia.Videamus quæ deīde ſint conſecuta hominē.P.Quintii depre
hēdis in pub co:conaris abducere:non patitur Alphenus:ut tibi ademit:curat ut domū reducat' ad Quī
tium hic quoq; ſumme conſtat procuratoris diligentis officium debere tibi dicis Quintiū procurator ne-
gat:uadari ut promittit:in ius uocas.Sequitur iudicium poſtulas.Nō recuſat.Quid aliud ſit abſentē de-
cernit quam æquum non dico.Vnū hoc dico nouum:& hoc ipſum tacuiſſe mallem quoniam utrunq;
quis intelligere potuiſſet.Iubet.P.Qu.ſponſionē cū Sex:Neuio facere.Si bona ſua ex edicto publico Bur
rieni.Præ.di.xxx.poſſeſſa non eſſent:Recuſabant:qui aderant cum Quintio demonſtrabant de re iudi-
cium fieri oportere:ut aut uterq; inter ſe aut neuter ſatiſdaret:non neceſſe eſſe famam alterius in iudiciū
uenire.Clamabat porro ipſe Quintius ſeſe idcirco nolle ſatiſdare:ne uideret' iudicaſſe bona ſua ex edicto
poſſeſſa eſſe:ſponſionē porro ſi iſtiuſmodi faceret:ſed id quod nūc eueniat:de capite ſuo priore loco cau-
ſam eſſe dicturum Dolobella quemadmodum ſolēt homines nobiles:ſeu recta ſeu perperam facere' cœpe
runt:ita in utroq; excellunt:ut nemo nr̄o loco natus eſſe qui poſſet.iniuriam facere fortiſſime perſeuerat
aut ſatiſdare:aut ſponſionē iubet facere:& interea recuſantes noſtros aduocatos acerrime ſubmoueri:cō
turbatus ſan: diſcedit quintius:neque mirum:cui hæc optio tam miſera tamq; iniqua daretur:ut aut ipſe
ſe capitis damnaret ſi ſatis dediſſet:aut cauſam capitis:ſi ſponſionem feciſſet:prior loco diceret:cum in al-
tera te cauſa nihil eſſet:qui ſecus iudicaret ipſe de ſe quod iudicium grauiſſimum eſt in altera ſpes eſſet ad
talem tamen uirum iudicem ueniendi:unde eo plus opis auferret:quo minus attuliſſe gratiæ:Sponſio-
nem:facere maluit:fecit:te iudicē.C.Aquili ſumpſit:ex ſponſo egit.In hoc ſumma iudicii cauſaq; tota con
ſiſtit.Iudicium eſſe.C.Aquili nō de re pecuniaria:ſed de fama fortuniſq;.P.Qu.uides:cum maiores ita cō-
ſtituerint:ut qui pro capite diceret is poſteriore loco diceret.Nos inaudita criminatiōe accuſatorum prio-
re loco cauſam dicere intelligis:eos porro qui defendere conſueuerunt:uides accuſare:& ea ī in genia
conuerti acerrimum:quæ antea uerſabantur in ſalute:atq; auxilio ferendo.Illud:etiam reſtiterat:quod
heſterno die fecerunt:ut te in ius educerent:ut nobis tempus quamdiu diceremus præſtitueres:quam
rem facile prætore impetrari ſpero:niſi tu q̄ eſſet tuum ius:& officium teſteſque docuiſſes.Neq; nobis
adhuc præter te quiſquam fuit:ubi noſtrum ius contra illos obtineremus:neq; illis unquam ſatis fuit illud
obtinere qod probari omnibus poſſet.Ita ſine iniuria potentiam leuem atq; inopem eſſe arbitrant'.Ve-
rum quoniam tibi inſtat Hortēſius:ut eas ī cōſilium:a me poſtulat:ne dicēdi tp̄s abſumā:quæritur priore pa-
trono cām defendente:nunq̄ perorari potuiſſe:nō patiaris iſtam manere ſuſpicionē:nos rē iudicari nolle
Neq; illud mihi arrogabo:me poſſe cām cōmodius demōſtrarī:q̄ antea demōſtrata ſit.Neq; tū tam uerba
multa faciā:ppterea q̄ & ab illo qui ante dixit iam informata cā eſt:& a me qui neq; excogitare:neq; p̄nū-
ciare mult poſſit breuitas poſtulat':quæ mihimet ipſi amiciſſima ē:Faciam qd te ſæpe animaduerti facere
Hortenſi totā cauſæ meæ dictionē certas in partes diuidā.Tu ſemp id facis:q̄a ſemp potes.Ego ī hac cauſa
faciam:ppterea q̄ in hac uideor poſſe facere:qd tibi natura dat:ut ſemp poſſis:id mihi cā cōcedit:ut hodie

poſſim.Certos mihi fines terminoſq; cõſtituã:extra quos egredi nõ poſſim:ſi maxĩe uelim:ut & mihi ſit
ꝓpoſitum de quo dicã:& Hortenſius habeat expoſita ad q̃ reſpondeat:& tu.C.Aqli iam aute ãío ꝓſpicere
poſſis:quibus de reb⁹ auditurus ſis.Negamus te bona.P.Quintii Sex.Neui poſſediſſe ex edicto prætoris.
In eo ſponſio facta eſt oſtendam primum cãm nõ fuiſſe:cur a prætore poſtulares:ut bona.P.Qu.poſſide
res:deinde ex edicto te poſſidere nõ potuiſſe:poſtremo nõ poſſediſſe.Quæſo.C.Aquili uoſq; qui eſtis in
conſilio:ut quid pollicitus ſim diligenter memoriæ mãdetis. Et enim rem facilius totã accipietis: ſi hæc
memineritis & me facile ueſtra exiſtimatiõe reuocabitis: ſi extra hoc cãcellos egredi conabor:quos mihi
ipſe circũdendi.Nego fuiſſe cãm cur poſtularet.nego ex edicto poſſidere potuiſſe:nego poſſediſſe:hæc tria
cũ docuero:perorabo.Nõ fuit cã cur poſtulares q hoc intelligi põt:quia Sex.Neuio neq; ex ſocietatis rõne
neq; priuatim qcq̃ debuit.Quintius Quis huic rei teſtis eſt:idẽ q acerrimus aduerſari⁹.In hac re te inquã
teſtẽ Neui citabo:annũ & eo diutius poſt mortẽ.C.quintii in gallia tecũ ſimul.P.Quintius.doce te petiſſe
ab eo iſtã neſcio quã inumerabilẽ pecuniã.doce aliquãdo mẽtionẽ feciſſe:dixiſſe deberi:debuiſſe cõcedã.
Morit.C.quintius qui tibi ut ais certis nominibus grandẽ peccuniã debuit hæres eius.P.quintius:i gallã
ad te ipſum uenit in agrum cõem:eo deniq; ubi non mõ res erat:ſed rõ quoq; oĩs & oẽs literæ: qs tã diſ-
ſolutus in re familiari fuiſſet.quis tã negligens:quis tã tui Sexte diſſimilis:qui cũ res ab eo qui cum cõtra
xiſſet:receſſiſſet:& ad hæredẽ perueniſſet:nõ hæredẽ cum primũ uidiſſet: certiorẽ faceret: apllaret: ratio
nẽ afferret:Si qd in controuerſiã ueniret:aut intra parietes:aut ſũmo iurẽ experiretur.Ita ne eſt qd uiri opti-
mi faciũt:ſi q quos ſuos ꝓpinquos ac neceſſarios caros & honeſtos eẽ atq; haberi uolũt.Id Sex.Neui⁹ nũ
faceret:qui uſq; eo feruet ferturq; auaritia:ut de ſuis cõmodis aliquã partẽ nolit amittere:ne quã partẽ huic
propiquo ſuo ullius ornamẽti relinquat:& is pecuniã ſi qua deberet nõ peteret:q quia qd' debitũ nunq̃ ẽ
id datũ nõ eſt:nõ pecuniã modo:uerũ etiã hoĩs propiqui ſanguinẽ uitãq; eripere conat. Hic tu moleſti⁹
eſſe uidelicet noluiſti:quẽ nũc reſpirare libere nõ ſinis:quẽ nũc interficere nepharie cupis:eũ tu impudẽter
appellare nolebas.Ita credo hominẽ propinq̃ nũ tui obſeruantẽ.uirũ bonum:pudentẽ maiorẽ natu nole
bas aut nõ audebas appellare ſæpe ut fit cũ ipſe cõfirmaſſes: cũ ſtatuiſſet mentionẽ de peccũi facere:cũ pa-
ratus meditatuſq; ueniſſes.hõ timidus uirginali uerecũdia:ſubito ipſe te retinebas: excidebat repẽte oro
cũ cuperes apellare nõ audebas:ne inuitus audiret:id erat ꝓfecto.credamus hoc Sex.Neuii:cuius caput
opugnet:eius auribus pepercisse.Si debuiſſet Sexte petiſſes:petiſſes ſtatim:ſi nõ ſtatim:paulo qdem poſt
Si nõ paulo:at aliquando.ſex quidem illi⁹ mẽſibus profecto anno uertẽte ſine cõtrouerſia:no & ſex mẽ
ſibus uerbo cũ tibi quottidie poteſtas hominis fuiſſet admonẽdi:uerbum nullum facis:biennio iam cõ
facto ferre appellas:quis tam perdit⁹ ac profuſus nepos non adeſa iam pecunia:ſed abundẽti etiã Pecu
nia ſic diſſolutus fuiſſet:ut fuit Sex.Neui⁹:cum hominẽ nomino ſatis mihi uideor dicere debuit tibi.C.
Quintius:nũq̃ petiſti:mortuus eſt ille.res ad hæredem uenit:cum eum quottide uideres:poſt biennũ de
inde appellas.Dubitatur utrum ſit probabilis.Sex.Neuium ſtatim ſi quid deberetur:petiturum fuiſſe:an
ne appellatum quidem biennio:appellandi tempus non erat.at tecum plus anno uixit in gallia agi nõ
poterat:& in prouĩcia ius dicebatur:& Romæ iudicia fiebãt.Reſtat ut aut ſumma negligentia tibi obſti-
terit:aut unica liberalitas:ſi negligentia dices mirabũt:ſi bonitate ridebim⁹ oẽs:neq; ꝑterea q poſſis dicerẽ
inuenio ſatis ẽ argumẽti:nihil eẽ debitũ.Neuio:q tã diu nihil petiuit:qd ſi hoc ipm qd' nũc facio oſtẽdo: teſti
monio eẽ nihil deberi:qd enim nũc agit.Sex.Neuius:qua de re cõtrouerſia ẽ:quod eſt hoc iudiciũ i quo
iam biennũ uerſamur:quid negocii geritur:in quo ille tot & tales uiros defatigat:pecũiam petit:nũc de
niq; uerum tamẽ petat:audiamus de rationibus & cõtrouerſiis ſocietatis uult diiudicari ſero:uerũ ita ali-
quãdo tamẽ cõcedamus.Non inquit hoc ita ago.C.Aquili neq; in eo nunc laboro pecuniam ea tot an-
nos utitur.C.Quintius utat ſane nõ peto.Quid pugnas igitur:an quod ſæpe multis in locis dixiſti ne in
ciuitate ſit:ne locum ſuum quẽ adhuc honeſtiſſime defẽdit obtineat:ne numeret inter uiuos:decernat de
uita & ornamentis ſuis omnibus apud iudicem cauſam priore loco dicat:& eam cõmoratitum deniq;
uocem accuſatoris audiat.Quid hoc:quo pertinet ut ocius ad tuum ꝑuenias.Ad ſi id nelles.impridẽ actũ
eſſe poterat:ut honeſtiore iuditio cõflictere:At ſine ſummo ſcelere.P.Quintiũ ꝓpinquum tuum iugulare
nõ põt:ut facilius iudicium ſit.At neq;.C.Aquilius de capite alterius libẽter iudicat.&.Qu.Hortẽſius con-
tra caput non didicit dicerẽ quid a uobis autẽ.C.Aquili refertur:pecuniã petit:negamus deberi: iudicium
fiat ſtatim:non recuſamus:ut quid præterea ſi ueretur:ut res iudicio facto parata ſit:iudicatum ſolui ſa-
tis accipiat:quibus a me uerbis ſatis acciperet.iiſdem ipſe quod peto ſatiſdet:Actum iam põt eẽ. C.Aq-
li.iam tu potes diſcedere:moleſtia:prope dicam nõ minore q̃ Quintius.Quid agimus Hortẽ:qd de hac
conditione dicimus:poſſumus aliquãdo depoſitis armis ſine periculo fortunarũ de re pecũiaria diſcepta
re poſſumus ita rem noſtram perſequi.ut hominis propiqui caput incolume eſſe patiamur:poſſum⁹ pe
titores perſonam capere accuſatoris deponere:immo inquit abs te ſatis accipiam.Ego autẽ tibi ſatis nõ
debo.Quis tandem nobis iſta iura tam æqua deſcribit:Quis hoc ſtatuit quod æquum ſit in Quintium
id iniquum eſſe in Næuium:Quintii bona inquit ex edicto prætoris Poſſeſſa ſunt: ergo id ut confiteamur
poſtulas:ut q nunquam factum eſſe iudio deſendimus:id proinde quaſi factum ſit noſtro iudicio con-
firmemus.Inueniri ratio.C.Aquili non poteſt:ut ad ſuum quiſq; quam primum ſine cuiuſq; dedecore:in-
famia: pernicieq; perueniant. perfecto ſi quid deberetur:peteret:non omnia iudicio fieri mallet quam
unum illud unde hæc omnia iudicia naſcuntur:qui in tot annos ne appellarit quidem Quĩtium:cum
poteſtas eſſet agendi quottidie:q quo tempore primum male agere cœpit in uadimoniis differẽdis tẽ-
pus omne cõſumpſerit: q poſtea uadimonium quoq; miſſum fecerit:hunc p iſidias uide ago cõmuni

delecerit qui cum de re agendi nullo recuſante poteſtas fuiſſet ſponſionem de probro facere maluerit:q
cũ reuocetur ad iudicium:unde nata hæc ſunt omnia conditionem æquiſſimam impudiat.Fateatur ſibi
non pecuniam:ſed uitam & ſanguinem petere.Is non hoc palam dicit mihi ſi quid deberetur peterẽ:at-
q; adeo iam pridem abſtuliſſem nihil hoc tanto negocio:nihil tam inuidioſo:nihil tam aduocatione co
pioſa uterer ſi petendum eſſet.Extorquendum eſt inuito atq; ingratis:quod non debet eripiendum atq;
exprimendum eſt:de Fortunis omnibus.P.Quintius deturbãdus eſt potẽtes deſerti nobiles omnes ad-
uocandi ſunt adhibẽda uis eſt ueritati minæ iactentur pericula intendantur formidines opponant᷑.Vt
his rebus aliquando uictus & perterritus ipſe ſedeat:quæ mehercule omnia cum cõtra pugnẽt:uideo &
cum illum conſenſum confidero adeſſe:adeſſe atq; impendere uidentur:neq; uitari ullo modo poſſe.
Cum autem ad te.C.Aquili oculos animumq; retuli:quo maiore conatu ſtudioq; agunt᷑:eo leuiora iſti
mioraq; exiſtimo.Nihil igitur debuit:ut tu ipſe prædicas.Quid ſi debuiſſet:cõtinuo ne cauſa fuiſſet:cur a
prætore poſtulares ut bona poſſideres:non opinor id qdem neq; ius eſſe:nec cuiquã expedire.Quid igi
tur demonſtra:uadimonium ſibi ait eſſe deſertum.Antequam doceo id factum nõ eẽ libet mihi.C.Aq
li:ex officii ratione atq; ex omnium conſuetudine rem ipſam & factum ſimul.Sex.Neuii cõſiderare.Ad
uadimonium non uenerat:ut ais:is qui cum tibi affinitas:ſocietas:omnes deniq; cauſæ & neceſſitudines
ueteres intercedebãt.Illico ne ad prætorem ire cõuenit:continuo ne æquum fuit poſtulare:ut ex edicto
bona poſſidere liceret:Ad hæc extrema & inimiciſſima iura tã cupide decurrebas ut tibi nihil in poſterũ
quod grauius aut crudelius facere poſſes:reſeruares.Nam quid homini poteſt turpius:qd uero miſerius
aut acerbius uſu uenire:quod tantũ euenire dedecus quæ tanta calamitas inueniri poteſt:pecuniã ſi cui-
piam fortũa ademit:aut ſi alicuius eripuit iniuria tamen dum exiſtimatio eſt integra facile conſolat᷑ ho-
neſtas egeſtatem:at uero nemo aut ignominia affectus:aut iudicio turpi conuictus bonis ſui quidẽ utitur
alterius opes id quod miſerrimũ:eſt non expectat.Hoc tamẽ in miſeriis adiumento & ſolatio ſubleuat᷑.
Cuius uero bona uenierũt:cuius non modo illæ ampliſſimæ Fortũæ.Sed etiam uictus ueſtituſq; neceſ-
ſarius ſub præcone cum dedecore ſubiectus eſt.Is non modo ex nũero uirorum exturbatur.Sed ſi fieri
poteſt infra etiam mortuos mandatur.Et enim mors honeſta ſæpe uitam quoq; turpẽ exornat:uita tur-
pis ne morti quidẽ honeſtæ locum relinquit.Ergo hercule cuius bona ex edicto poſſidẽtur:huius omni
fama ꝙ exiſtimatio cum bõis ſimul poſſidẽtur:de quo libelli i celeberrimis locis proponũtur:hui⁹ ne pe
rire quidem certe tacite obſcureq; conceditur cui magiſtri fiunt & domini conſtituuntur:qui qua lege &
qua cõditione pereat pronuncient:de quo homine præconis uox prædicat:& precũ conficit huic acer-
biſſimo uiuo uidentiq; funus indicitur:ſi funus id habendum ſi quo non amici conueniunt ad exequias
cohoneſtandas.Sed bonorũ emptores ut carnifices ad reliquias uitæ lacerãdas & diſtrahẽdas.Itaq; maio
res noſtri raro id accidere uoluerunt:prætores ut conſiderate fieret:comparauerũt uiri boni cũ palã frau-
dantur cũ expiũdi poteſtas non eſt timide tamẽ & pedetentim iſtuc deſcẽdunt ui atq; neceſſitate coacti
qbus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret:auctionẽ i gallia.P.hic Quintius Narbone ſe facturũ
eſſe ꝓſcribit earũ rerum quæ ipſius erãt priuatæ:ibi tũ uir optimus Sex.Næuius hominem multis uerbis
deterret:ne auctiõet᷑ eũ nõ ita cõmode poſſe eo tẽpore quo ꝓſcripſiſſet uẽdere Romæ ſibi nũmorũ faculta
tem eſſe q̃:ſi ſaperet:ũ cõem exiſtimaret ꝑ fraterna illa neceſſitudine & pro ipſius affinitate.Nam.P.Quin
tii cõſobrinã habet in matrimonio.Neuius:& ex ea liberos:quia quod uirum bonũ facere oportebat:id
loquebat᷑ Næuius credidit Quintius eum qui rationem bonorum imitaretur facta quoq; imitaturum
auctionẽ uelle facere deſiſtit Romã ꝓficiſcit᷑:decedit ex gallia romã ſimul Næui⁹.Cũ pecũiã.C.Quintius.P.
Scapulæ debuiſſet ꝑ te.C.Aqli decidit.P.Quinti⁹ ꝙ liberis eius diſſolueret.Hoc eo ꝑ te agebat᷑:ꝙ pp æra
riã rõnẽ nõ ſatis erat in tabulis inſpexiſſe q̃tum deberet᷑:niſi a quæſtoribus quæſiſſet euantũ ſolueret᷑ de-
cidis ſtatuiſq; tu propter neceſſitudinem:quæ tibi cum Scapulis eſt quid his ad denariũ ſolueret᷑.Hæc
omnia Quintius agebat auctore & cõſuaſore Neuio Nec mirum ſi eius utebat᷑ conſilio:cuius auxilium
ſibi paratũ putabat.Nõ modo.n.pollicitus erat in gallia.Sed Romæ quotidie ſimulatq; ſibi hic ãnuiſſet
numeraturũ ſe dicebat Quintius porro iſtum facere poſſe uidebat:debere intelligebat:mentiri quia cau
ſa cur mentiretur nõ erat:nõ putabat:quaſi domi nũmos haberet:iſta conſtituit Scapulis ſe daturũ Neuiũ
certiorẽ fecit rogat ut curet:quod dixiſſet:Tum iſte uir optimus uereor ne ſe derideri putet:ꝙ iterũ iam
dico optim⁹ q hunc in ſummas anguſtias adductum putaret:ut eum ſuis conditionibus i ipſo articulo
temporis aſtringeret:aſſem ſeſe negat daturũ:niſi prius de rebus rationibuſq; ſocietatis omnibus deci-
diſſet & ſciſſet ſibi cum Quintio cõtrouerſiæ nihil futurum:poſterius iquit iſta uidibimus.Quintius nũc
hoc uelim cures:ſi tibi uidet᷑ qd dixiſti:negat ſe alia ratione facturũ qd ꝓmiſiſſet non plus ſuas referre:q̃ ſi
cũ auctionem uẽderet domini iuſſu qppiã ꝓmiſiſſet.Deſtitutiõe illa perculſus Quintius a Scapulis pau-
cos dies aufert:in Galiam mittit:ut ea quæ proſcripſerat uenirẽt:deteriore tempore abſens actionet᷑.Sca
pulis difficiliore conditione diſſoluit.Tum appellat ultro Næuiũ:ut quoniã ſuſpicaret᷑ aliq̃ de re fore cõ-
trouerſiã:uideret ut q̃ primũ:& q̃ minima eũ moleſtiã tota res trãſigeret᷑.Dat iſte amicũ.M.Trebelliũ.Nos
cõem neceſſariũ:q iſtius domi erat educatus:& quo utebat᷑ iſte plurimũ ꝓpinquum noſtrũ.Sex.Alphenũ
res cõuenire nullo modo poterat propterea ꝙ hic mediocrẽ iacturam facere cupiebat:iſte mediocri ꝑda
contentus non erat.Itaq; ex eo tempore res eſſe in uadimoniũ cœpit.Cum uadimonia ſæpe dilata eſſẽt:
& cũ aliquãtũ temporis in ea re eſſet cõſumptũ:neq; quicq̃ profectũ eſſe:uenit ad uadimoniũ Næuius hoc
præcor.C.Aquili:uoſq; qui adeſtis in conſilio:ut diligenter attendatis:ut ſingulare genus fraudis & nouã
rõnem inſidiarũ cognoſcere poſſitis.Ait ſe auctiõatũ eſſe in gallia:ꝙ ſibi uideret᷑ ſe uẽdidiſſe:curaſſe ne qd

ſibi ſocietas debere.Sed iam neq; uadari ampliuſ:neq; uadimoniū promittere:ſi qua agere ſecū uelit q
tius non recuſare:hic cū rē.gallicanā cuperet reuiſere:hoīem in præſentia nō uadat̄. Ita ſine uadimonio
diſcedit̄.Deinde Romæ dies.xxx.fere.Quinnus cōmorat̄ cū cæteris quæ hahebat uadimonia differt ut
expedictus in Gallicam ꝓficiſci poſſet:ꝓficiſcit̄.Roma egredit̄ ante diē.iiii.Kl.Feb.Quintius ſpritione &
Norbano conſ.quæſo ut eū diem memoriæ mādatis.L.Albius:Sed.filius quirinas uir bonus & cum pri
mis honeſtis una profectus eſt.Cum ueniſſet ad Vada Volaterana quæ nominant̄:uident per familiarē
Næui:qui ex Gallia pueros uenales iſti adducebat.L.Publiciū:qui ut romā uenit:narrat Næuio quo in lo
co uiderit Quintiū.Quod niſi ex publico narratū Neuio eſſet non tamen cito res in cōtentionē ueniſſet.
Tū Næuius ipſe pueros circū amicos dimittit.Ipſe ſuos neceſſarios uocat ab atriis Licinii & a faucibus Ma
celli corrogatur ut ad tabulam.Sextiā ſibi aſſint:hora ſecunda poſtridie ueniunt frequētes:teſtificātur iſti.P.
Quintium non ſteuiſſe & ſe ſtetiſſe:tabulæ maximæ ſignis hominum nobiliū cōſignant̄.Diſcedit̄ poſtu-
lat ab Vrrieno prætore.Ro.Næuius ut ex edicto bona poſſidere liceat.Iuſſit bona proſcribi eius:qui cū fa
miliaritas fuerat:ſocietas erat:affinitas liberis iſtius uiuis diuelli nullo modo poterat.Qua ex re facile ītel
ligi potuit:nullum eē officiū tam ſanctum atq; ſolemne:ꝙ non auaritia cōminuere atq; uiolare ſoleat.Et
enim ſi ueritate:amicitia:fides ſocietas:pietate propinquitas.collit̄:neceſſe eſt iſte qui amicū ſociū affinē
fama atq; fortunis ſpoliare conatus eſt uanum ſe & ꝑfidioſum & impium eſſe fateat̄ libellos Sex alphe-
nus ꝓcurator.P.Q.familiaris & ꝓpiquus Sex.Næui ducit Seruulū unū quē iſte ꝓhēderat abducit:denūci
at ſeſe ꝓcuratorē eē:iſtū equū eē famæ fortūiſq;.P.Qu.cōſulere & aduētū eius expectare. Quod ſi facerē no
lit atq; ihibuerit eiuſmōi rōib' illū ad ſuas cōditiōes ꝑducere:ſeſe nihil ꝑcari:& ſi qd agere uelit iudicio dfē
dere hæc dū Romæ gerūt̄.Quītius iterea cōtra ius & conſuetudinem edicto prætorum de ſaltu agroq;
cōi a ſerui a cōibus ui detrudit̄.Exiſtima.C.Aquili id modo & ratiōe oīa Romæ Næuiū feciſſe.Si hoc per
litera iſtius in gallia geſtū ē:recte atq; ordine factum eē uideat̄.Expulſus atq; eiectus e ꝑdio Quintius ac
cepta inſigni iniuria confugit ad.C.Flaccū imperatorem qui tunc erat in ꝓuintia quem ut ipſius digni-
tas poſſit honoris gratia nomino.Is eam rem quam uehementer iudicanda putarit:& decretis eius po-
teritis cognoſcere.Alphenus interea Romæ cum iſto gladiatore uetulo quotidie pugnabat:utebat̄ po-
pulo ſane ſuo ppea ꝙ iſte caput petere nō deſinebat.Iſte poſtulabat:ut ꝓcurator iudicatū ſolui ſatiſdaret.
Negat Alphēus æquū eē ꝓcuratorē ſatiſdare:ꝙ re' ſatiſdare n̄ deberet:ſi ipſe adeſſet.Appellant̄ tribūi:a q
bus cū eēt certū auxiliū petitū ita tū diſcedit̄:ut idib' ſeptēbribus.P.Qu.ſibi Sex.Alphēus ꝓmitteret:uenit
Romā Quī.uadimoniū ſiſtit iſte homo acerrimus bonorū poſſeſſor:expulſor:ereptor annum & ſex mē
ſes nihil petit:quieſcit:cōditionibus hūc quoad poteſt ꝑducit.a.Cn.Dolobella deiq; ꝑtore poſtulat:ut ſibi
Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet:ex formula ꝙ ab eo petat:quoniā ei' ex dicto prætoris Romam bonā
dies.xxx.poſſeſſā ſunt.Non recuſabat Quītius qn ita ſatiſdare iuberet:ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto:de
fendi ego nō intelligo.At quis erat procurator crederem aliquem eiectum hominem egentē litigioſum
improbū:q poſſet ſcurra diuitis quotidianum conuicinum ſuſtinere:nihil minus eques Ro.locuplex ſui
negocii benegerēs.Deniq; is quē quotiēs Neuius in Galliam profectus ē:procuratorem Romæ reliquit
& audes Sexti Neui negare abſentem defenſum eē Quintium:cum eum defenderit idē q ſolebat:& cum
is iudicium acciperet pro Quintio:cui tu & rem & famā tuā cōmendare ꝓficiſcens & concredere ſolebas
conaris hoc dicere neminē extitiſſe:qui Quinitium iudicio defenderet. Poſtulabam inqt ut ſatiſdaretur
iniuria poſtulabas:ita uidebare recuſabat Alphenus:ita uerū prætor decernebat.Tribuni igit̄ appellabā-
tur hic te inqt teneo.non ē iſtud pati:neq; iudicio defendere cū auxilium a Tribunis petas:hoc ego tecū
attendo qua prudentia ſit Hortenſius:dicturum eum eſſe non arbitror:cum autem ātea dixiſſe audio &
cauſam ipſam conſidero:quid aliud dicere poſſit:non reperio.Fateor enim libelos Alphenū deieciſſe ua
dimoniū promiſiſſe:iudicium quiti acciperet in ea ipſa uerba:quæ Neuius edebat nō recuſaſſe:ita tamē
more & inſtituto p eum magiſtratum:qui auxilii cauſa conſtitutus . Aut hæc facta non ſint neceſſe ē:aut
Caius Aquilius talis uir iuratus hoc ius in ciuitate cōſtituat:cuius procurator nō omnia iudicia:quæ qſq;
in uerba poſtularit:cuius procurator a prætore tribunis appellare auſus ſit eum nō defendi eius bōa re-
cte poſſideri poſſe ei miſero abſenti:ignaro fortunarū ſuarum omnia uitæ ornamēta per ſummū dede-
cus & ignominiam diripi conuenire:quod ſi probari nemini poteſt:illud certe ꝓbari omnibus neceſſe ē
defenſum eſſe iudicio abſentem Quintium.Quod cum ita eſt:ex editio bona poſſeſſa nō ſunt. At.n.tri.
ple.non audierunt quidem fateor:ſi ita eſt procuratorem decreto prætoris.R.oportuiſſe parere qd ſi.M.
Brutus interceſſurum ſe dixit:palam:niſi quid inter ipſum Alpheum & Neuium cōueniret. Videtur ne
inteceſſiſſe appelatio tribunoꝝ nō more:ſed auxilū cauſa:quid deinde fit:Alphenus ut omnes intellige
re poſſent:iudicio defendit.Quintiū:ne qua ſub eſſe poſſet:aliēa:aut ipſius officio:aut huius exiſtimatiōe
ſuſpicio uiros bonos cōplures aduocatur teſtantur iſto audiente ſe pro cōmūi neceſſitudine id primū pe
tere:ne quid atrocius in.P.Quintium abſentem ſine cauſa facere conet̄ ſin autem inimiciſſimæ atq; infe
ſtiſſime cōtendere perſeueret ſe paratum eſſe omni recta atq; hōeſta ratiōe defendere:quod petat nō de
beri ſe iudicio id quod edat accipere.Eius rei conditionisq; tabellas obſignauerūt uiri boni cū plures:res
in dubium uenire nō poteſt.Fit rebus:omnibus īntegris:neq; proſcriptis:neq; poſſeſſis bōis:ut Alphenus
promittat Neuio ſiſti Quintiū:uenit ad uadimonium Quintius:tacet res in controuerſiis iſto calūniat-
te bienniū uſq; dum inueniretur:qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet:& l hoc ſingulare iu
diciū cauſa omnis concluderetur quod officium Aquili commemorati procuratoris.poteſt quod ab Al
pheno prætetitum eſſe uideatur:quid affertur.quare.P.Quintus abſens negatur eſſe defenſus:an uero id

quod Hortenſium:quam nuper iniecit:& quia Neuius ſemp id clamitat dicturum nō arbitror fuiſſe Ne
uio parem certationem cū Alpheno illo tempore illis dominātibus.ꝙ ſi uelint cōfiteri:illud opinor cōce
dent:non ꝓcuratorem.P.Quin.neminem fuiſſe:ſed gratioſum fuiſſe.Mihi autem ad iuncendum ſatis ē
fuiſſe ꝓcuratorem :qui cum experiri poſſet qualis is fuerit:ſi modo abſentem defendebat:par ius & p ma
giſtratū nihil ad rem arbitror ptinere.Erat enim iqult illarum partium:quid ni.qui apud te educatos eēt
quē ſic a puto tu inſtituiſſes:ui nobili ne gladiatori quidē cederet:ſicut tu ſemper ſumme cōcupiſti Idem
uolebat Alphēus ea re tibi cum eo par cōtentio erat.Bruti inquit erat familiaris.Itaqꝫ is intercedebat.Tu
contra Burreni:qui iniuriam decernebat oium denicꝫ illoꝝ qui tū & poterant per uim & ſcelus plurimū
& quod poterāt id audebāt.An oēs tu iſtus uincer uolebas:q nūc tu ut uincas:tātope laborāt:tu id aude di
cere nō palā:ſed iis ipſis quos aducaſti tāetſi nolo eā rē cōmemorādo reōuare:cuius oino rei memoriam
oēm tolli funditus ac deleri arbitror opor tere:Vnū illud dico:ſi pp ptiū ſtudiū potēs erat Alphenus ptē
tiſſimus.Ne ſi fretus gīa poſtulabat aliqđ iniqus Alphēus:multo iniqora Neuius iperabat.Neqꝫ .nāter ſtu
diū ueſtrū qcꝙ̄ ut opinor īterfuit:igenio:uetuſtate:artificio:tu facile uiciſti.V talia omittā hoc ſatis ē.Alphe
nus cū iis & propter eos periit:quos diligebat.Tu poſtꝙ̄ q tibi erāt amici:nō poterāt uicere:ut amici tibi eſ
ſent:q uincebāt:effeciſti.Quod ſi tu par tibi iu s cum Alpheno fuiſſe non putas quare tamen aliquē cōtra
te aduocare poterat:quia magiſtratus aliquis reperiebatur:apud quem Alpheni cauſa cōſiſteret:quid hoc
tempore Quintio : atuetidū eſt cui neqꝫ maiſtratus adhuc æquus inuentus eſt:neqꝫ iudicium redditum
eſt uſitatum:non condictio:non ſponſio:non denicꝫ ulla interceſſit eꝙ̄ poſtulatio:mitto æqua:uerū ante
hoc tempus ne fando quidem audita de re pecuniaria cuplo cōtendere non licet.Ad ea cōtrouerſia nihil
me attinet cauſā capitis dicas oportet:accuſa ubi ita neceſſe eſt Non inqnit niſi tu ante nouo modo prio
re loco dixeris:dicēdum neceſario eſt reſtituendū horæ ad arbitrium noſtrum.Iudex ipſe arcebitur qđ:
tum tu aliquem patronum inuenies:hominem antiqui officii:qui ſplendorem noſtrū & gratiam negli
gat:pro me pugnebit.Lucius Philippus:eloquentia:grauitate:honore:florētiſſimas ciuitatis:dicet Hortē
ſius excellens ingenio:nobilitate:exiſtimatione:aderūt autē homines nobiliſſimi ac potentiſſimi:ut quo
rum frequentiam atqꝫ conſeſſum non modo.P.Quītius q:de capite decreuit:ſed quiuis q extra periculū
ſit:perorreſcat:hæc eſt iniqua certatio non illa qua tu contra Alphēum equitabas:huic ne ubi cōſiſteret q
dem contra te locum reliquiſti.Quare aut doceas oportet Alphenum negaſſe ſe procuratorē eſſe:nō de
ieciſſe libellos iudicium accipere noluiſſe:aut cum hæc ita facta ſint:ex edicto te bōa.P.Qu.nō poſſediſſe
concedas:& enim ſi ex edicto poſſediſti:quæro cur bona nō uenierint:cur cæteri ſponſores & creditores
nō cōuenerint:nemo ne fuit cui deberet Quintius:fuerūt:& complures fuerunt.propterea qđ celius fra
ter aliquantum æris alieni reliquerat:quid ergo eſt:homines erant ab hoc omnes alieniſſimi:& his debe
batur:neqꝫ tamen quiſquam inuentus eſt tam inſignitate improbus:qui uiolare Publii Quītii exiſtima
tionem abſentis auderet.Vnus fuit affinis:ſocius:neceſſarius Sex.Neuius q cum ipſe ultro deberet:qꝙ̄ſi
eximio præmio ſceleris expoſito cupidiſſime contenderet:ut per ſe afflictum atqꝫ euerſum ꝓpinquū ſuū
non modo honeſtæ partis bonis uerumetiam communi luce priuaret.Vbi errāt cæteri creditores deiqꝫ
hoc tempore ubi ſunt:quis eſt qui fraudationis cauſa latuiſſe dicat:qs qui abſentem defenſum neget eſ
ſe.Quintium. nemo inuenitur:At contra omnes:quibus cum ratio huic aut eſt:aut fuit:ad ſunt defendūt
Fides hu⁹ multis locis cognita:ne perfida.Sex.Neuii derogetur:laborāt.In huiuſmodi ſpōſionē teſtes
dare oportebat:ex eo numero qui hæc diceret:uadimoniū mihi deſeruit me fraudauit.A me nominis ei⁹
quod inficiatus eſſet diem petiuit.Ego experiri non potui.latitauit:procuratorem nullū relliquit horū ni
hil dicitur Parantur teſtes.Qui hoc dicant.Verum opinor uidebimus cum dixerint tantum tamē.hoc co
gitent:ita ſe graues eſſe:ut ſi ueritatem uolent retinere grauitatem poſſint obtiere:ſi eam neglexerint : ita
leues ſint:ut omnes intelligant non ad obtinēdum mendacium:ſed ad uerum probandum auctoritatē
adiuuare.Ego hæc quo quæro primū qua ratione Neuius ſuſceptum negocium tranſegerit hoc eſt cur
bona quæ ex edicto poſſidebat:non uendiderit deinde cur ex tot creditoribus alius ad iſtā rationē nemo
acceſſerit:ut neceſſario cōfiteare neqꝫ tā temerariū quemꝙ̄ fuiſſe neqꝫ te ipſum id quod turpiſſime ſuſce
piſſes perſeuerare & tranſigere potuiſſe.Quid ſi tu ipſe.Sex.Neui ſtatuiſti .bōa.P.Quītii ex edicto poſſeſſa
non eſſe:Opinor tuū teſtimonium quod in aliena re leue eſſet:id tua quoniam contra te ē grauiſſimū
debet eē.Emiſti bona.Sex.Alpheni.L.Sylla dictatore uendente.Sociū tibi i huius bonis edidiſti.Quintiū
plura nō dico:cū eo tu uoluntariam ſocietatem coibas:qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat:& eū iu
dicio tuo cōprobabas quem ſpoliatum fama fortuniſqꝫ omnibus arbitrabare : diffidebā mehercule. C.
Aqli ſatis aio certo & confirmaio me poſſe in hac cauſa conſiſtere.Sic cogitabam:cū contra dicturus eēt.
Hortenſius:& cū mea eſſet attente auditurus.philippus forte uti per multis in rebus timore prolaberer.
Dicebam huic.Quintio Roſcio:cuius ſoror eſt cū.P.Q .cū a me pateret:& ſumme contenderet ut pro
pinquum ſuum defenderem mihi p difficile eē contra tales oratores non modo tantam cauſam perora
re:ſed omnino uerbum facere conari.Cū cupidius iſtaret:homini pro amicitia familiarius dixi:mihi:ui
deri ore duriſſimo eſſe:q præſente eo geſtum agere conaretur qui uero cum ipſo contēderent:eos etiam
ſi qd antea recti aut uenuſti habere uiſi ſunt:id amittere:ne quid nihil eiuſmodi accideret:cum contra ta
lē artificē dicturus eſſem:me uereri.Tum mihi Roſcius & alia multa confirmādi mei cā dixit : ut meher
cule ſi nihil diceret:tacito ipſo officio & ſtudio ꝙ habebat erga propinquū ſuum:quemuis comoueret.
Et.n.cū artifex eiuſmodi ſit.ut ſolus dignus uideaī eē q in ſcæna ſpectetur:tum uir eiuſmodi eſt,.ut ſolus
dignus uideaī eē:q eo nō accedat.Verumtamen qđ ſi iquit habes eiuſmodi cauſam:ut hoc tibi planū ſit

faciendum:neminem eē qui poſſit biduo aut ad ſummum triduo ſeptingenta milia paſſuum ambulan
tamen ne ueteris nt poſſit hæc contra Hortenſium contendere:minime inq̄.ſed id ad rem:nimiū inquit
ī eo cauſa conſiſtit:quomodo?docet me eiuſmodi rem & factum ſimul.Sex.Neuii.ꝙ ſi ſolum proferet.
ſatis eſſe deberet ꝙ abs te.C.Aquili:& a uobis qui eſtis in conſilio quæſo ut diligenter attendatis:pfecto ī
telligetis illum ab initio cupiditate pugnaſſe:& audacia:huic ueritatem & pudorē quoad potuerit reſtitiſ
ſe bona poſtulas ut rex edicto poſſidere liceat quo die:teipſū Neui uolo audire uolo inauditū facin⁹ ipſius
qui id commiſit:uoce conuinci dic Neui diem ante.V.Kl.intercalares:bene agis q̄ lōge eſt hinc ī ſaltū ue
ſtrum Gallicanum.Neui te rogo.dcc.militibus paſſuum optime de ſaltu deiicit̄ quintius.quo die poſſu
mus hoc quoq; ex te audire:quid taces:dic inquam diem podet dicere:intelligo uerū & ſero & neq̄quā
pudet deiicitur de ſaltu.C.Aquili præter.Kl.intercalares biduo poſt:aut ut ſtatim de iure aliq̄s cucurrerit
nō toto triduo.dcc.milia paſſuum conficiunt̄.O rem incredibilem.O cupiditatem icōſideratam.O nun
cium uolucrē adminiſtri & ſatellites.Sex.Neui Romā trans alpes ī Sebagrios biduo ueniunt.O hōiem
fortunatū:qui eiuſmodi nūcios ſeu potius Pegaſos habeat:hic ego ſi Craſſi omnes cum Antoniis exiſtāt
ſi tu.L.Philippe:qui inter illos florebas hanc cauſam uoles cum Hortenſio dicere:tamē ſupior ſim neceſ
ſe ē.Non eni quemadmodum putatis omnia ſunt in eloquentia.Eſt quædam tamen ita perſpicua ueri
tas.ut eam infirmare nulla res poſſit.An anteq̄ poſtulaſti:ut bona poſſideres:miſiſti qui curarent:ut domi
nus de ſuo fundo a ſua familia ui deiiceretur:utrumlibet eligere:alterum incredibile eſt alterū nephariū
& ante hoc tempus utrūq; inauditum.ſeptingēta milia paſſuum uis eē decurſa biduo.dic negas:ante igi
tur miſiſti malo:ſi enim illud diceres improbe mentiri uidere.Cum hoc confiteris id te amiſiſſe cōcedis
quod ne mendacio quidem tegere Poſſis hoc cōſilium.Aquilio & talibus uiris tam cupidū:tam audax:
tā temerarium probabitur q̄d hæc amentia:quid hæc eſtimatio quid hæc imaturitas tanta ſignificat non
uim nō ſcelus:non latrocinīū:non deniq; omnia potiuſq̄ ius q̄ officium q̄ pudorē:mitus ī iuſſu prætoris ī
quo conſilio:iuſſurū ſciebas:quid cū iuſſiſſet:tum mittere nōne poteras poſtulaturus eras:quando poſt
dies.xxx.nempe ſi te nihil impediret:ſi uoluntas eadem maneret ſi ualeres:deniq; ſi uiueres:ptor ſi iuſſiſ
ſet:opinor ſi uellet:ſi ualeret:ſi ius diceret:ſi nemo recuſaret:qui ex ipſius decreto & ſatiſdaret:& iudiciū ac
cipere uellet.Nam per deos imortales:ſi Alphenus procurator.P.Quintii tibi eū ſatiſdaret:& iudiciū acci
pere uellet.Deniq; omnia quæ poſtulares.facere uoluiſſet:quid ageres reuocares eū quē in Galliam mi
ſeras.At hic quidē iam de fundo expulſus:iā a ſuis diis penatibus præceps eiectus:iam quod īdigniſſimū
eſt:ſuorū ſeruorum manibus nūcio atq; imperio tuo uiolat⁹ eēt corrigeres hæc.ſ.tu poſtea de cuiuſq̄ uita
dicere audes:qui hoc concedas neceſſe ē:ita te cæcum cupiditate & auaritia fuiſſe:ut eum poſtea quid fa
cturus eſſes ignorares.Accidere autē multa poſſent:ſpem maleficii præſentis:in īcerto reliqui tēporis euē
tu collocares.Atq; hæc perinde loquor:quaſi ipſo illo tempore cum te prætor iuſſiſſet ex edicto poſſider̄.
ni ſedem ſuam tuta omnia officii:humanitatiſq; uiolarent:q̄ ut filium teſtimonio læderent: cuius patrē armis pellendum a ſuis mœnibus cenſuiſſent.Quare nolite mihi iſta nomina ciuitatum nobiliū oppōere.Quos enim hoſtes hæc familia contempſit:nunquam eoſdem teſtes pertimeſcet.Vobis autē eſt confitendum:ſi conſiliis principum ueſtræ ciuitates reguntur:non multitudinis temeritate:ſed optimatū cōſilio bellum ab iſtis ciuitatibus cum pupulo romano eſſe ſuſceptū.Sin illē tum motus ē temeritate iperitorum excitatus patimini me delicta uulgi a publica cauſa ſepare.At enim iſtam pecuniā huic capere nō licuit.Vtrum-uultis patri Flacco licuiſſe nec ne?Si licuit:ficuti certe licuit:ad eius honores collata ex q̄bus nihil ipſe capiebat:patris pecuniam recte abſtulit filius.Si non licuit:tamen illo mortuo nō modo filius:ſed quiuis hæres rectiſſime potuit auferre.Ac tum q̄dem Trallianicum ipſi graui fœnore iſtam pecuniā multos annos occupauiſſent:a Flacco tamen omnia-quæ uoluerunt impetrauerunt.Neq; tā fuerunt impudentes ut id quod Lælius dixit:dicere auderent:hāc ab ſe pecuniā abſtuliſſe Mithridatem.Quis enim erat:qui non ſciret in ornandis ſtudioſiorem Mithridatem:q̄ in ſpoliandis Trallianis fuiſſe?Quæ quidē a me ſi ut dicenda ſunt dicerentur:grauius agerem iudices:q̄ adhuc egi:quantā Aſiaticis teſtibus fidē habere uos conueniret.Reuocarem animos ueſtros ad Mithridatici belli memoriam:ad illā uniuerſorum ciuiū romanorū p tot urbes uno puncto temporis miſeram crudelemque.cædem:prætores nostros deditos:legatos i uincula coniectos:nominis prope Romani memoriam cū ueſtigio imperii nō modo ex ædibus græcorum:uerumetiam ex litteris eſſe deletam.Mithridatem deinde illum patrem:illū cōſeruatorem Aſiæ:illum:Euhium:Bromium:Nyſium:Baccum:Liberum nominabant.Vnum atq; idē erat tempus:cum.L.Flacco conſuli portas tota Aſia:claudebat Cappadocem autē illū non modo recipiebat ſuis urbibus.uerum etiam ultro uocabat:liceat hæc nobis ſi obliuiſci nō poſſumus:ac tacere.Liceat mihi potius de leuitate græcorum queri q̄ de crudelitate.Auctoritatē iſti habeant:apud eos quos eſſe omnino noluerunt.Nam quoſcunque potuerunt togatos interemerunt:nomen ciuium Romanorum quantū i ipſis fuit ſuſtulerunt.In hac igitur urbe ſe iactāt:quam oderunt:apud eos quos inuiti uidēt.In ea republica ad quam opprimendam non animus his:ſed uires deficiunt:& defuerunt.Aſpiciant hūc florē legatorū laudatorumq; Flacci ex uera atq; integra græcia.Tum ſe ipſi expendant:tū cū his comparent.Tū ſi audebunt:dignitati hoꝝ anteponant ſuā.Adſunt atenienſes:unde hūanitas:doctria:religio:fruges.iura:leges ortæ atq; i oēs terras diſtributæ putant̄ de quoꝝ urbis poſitiōe pp pulchritudinē etiam iter deos certamē fuiſſe proditum ē:quæ uetuſtate ea eſt:ut ipſa ex ſeſe ſuos ciues genuiſſe dicatur:& eorū eadem terra parens altrix patria dicatur.Auctoritate autem tanta eſt:ut iam fractum prope ac debilitatum græciæ nomē huius urbis laude nitatur.Adſunt lacedæmonii cuius ciuitatis ſpectata ac nobilitata uirtus non ſolum natura corroborata:uerumetiam diſciplina putatur:q ſoli toto orbe terrarum ſeptigentos iam annos amplius unis moribus & nunq̄ mutatis legib' uiuunt.Adſunt ex Achaia cuncta multi legati.Boetia: Theſſalia q̄bus locis nuper legatus Flaccus iperatore Metello præfuit.Neq; uero te Maſſilia ptereo:quæ.L.Flaccum militem:quæſtoremq; cognouiſti:cuius ego ciuitatis diſciplinam atq; grauitatē nō ſolū græciæ ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam.Quæ tam procul a græcorū omniū regiōibus diſciplinis:linguaq; diuiſa cum i ultimis terris cincta gallorum gētibus barbariæ fluctibus alluat̄:ſic optimatū conſilio gubernat̄:ut omnes eius iſtituta laudare facilius poſſint:q̄ æmulari:hiſce uut̄ laudatorib'.Flaccus:his inocentiæ teſtibus ut græcorum auxilio reſiſtamus:quāq̄ quis ignorat:qui nō modo unquā mediocriter res iſtas ſcire curauit:quin tria græcorū genera ſint uere quorum uni ſunt Athenienſes:quæ gens Ionum habetur.Aeolis alteri.Doris tertii nominabantur.Atq; hæc cūcta græcia:quæ fama:quæ gloria:quæ doctrina:quæ plurimis artibus:quæ etiam imperio & bellica laud floruit:quēdam paruum locū ſcitis Europæ tenet:ſemperq; tenuit Aſiæ maritimam oram bello ſuperatā cinxit urbibus:nō ut muniſtam coloniis illam gentem ſed ut obſeſſam teneret:Quāobrem quæſo a uobis Aſiatici teſtes:ut cū uere recordari uoletis quantū auctoritatis in iudiciū afferatis:uos metipſi deſcribatis Aſiam:ne quid alienigenæ de uobis loqui ſoleat.Sed q̄d uoſmetipſi ne de genere ueſtro ſtatuatis:meminneritis.Nāq; ut opinor.Aſia ueſtra cōſtat ex Phrygia:Myſia:Caria:Lydia.Vtrum igitur noſtrum eſt an ueſtrum hoc puerbium?Phrygē plagis fieri ſolere meliorem?Quid de tota Caria?Nōne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt:ſi q̄d cū periculo experiri uelis in Caria id potiſſimum eſſe faciendum.Quid porro in græco ſermōe tam tritum atq; celebratum eſt:q̄ ſi quid deſpicatui ducitur:ut Myſorum ultimus eſſe dicatur?Nam quid ego dicā de Lydia?Quis unquam græcus comediam ſcripſit:i qua ſeruus primarum partium non Lydius eſſet?Quamobrē quæ uobis fit iniuria:ſi ſtatuimus ueſtro uobis iudicio ſtādum eſſe de uobis.Equidem mihi iam ſatis ſupraq; dixiſſe uideor de Aſiatico genere teſtium.Sed tamē ueſtrum eſt iudices omnia quæ dici poſſunt i hoīum leuitatem:inconſtantiam:cupiditatem:etiam ſi a me minus dicūtur:ueſtris animis & cogitatiōe compræhendere.Sequitur auri illa inuidia iudaici.Hoc nimirum eſt illud:quod nō longe a gradib' Aureliis hæc cauſa dicit̄.Ob hoc crimen hic locus abs te Læli.atq; illa turba quæſita eſt.Scis q̄ta ſit manus:quāta concordia:quantum ualet in cōcionibus ſi ſummiſſa uoce agam:tantū ut iudices audiāt.Neq; eni deſunt:qui iſtos in me atq; in optimū quēq; incitēt:quos ego:quo id facilius faciant:nō adiuuabo.Cum aurum iudeorum nomine quot annis ex Italia & ex omnibus ueſtris prouinciis Hyeroſolimā exportari ſoleret.Flacc' ſanxit edicto ne ex Aſia portari liceret.Qui ē iudex qui hoc qui nō uerre laudare poſſit?exportari aurum non oportere:cum ſæpe antea Senatus tum me conſule grauiſſime iudicauit:Hic autem barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere ſeueritatis:multitudinem iudeoꝝ flagrantem nonunq̄ in concionibus pro te

pub.cõtemneř grauitatis ſummæ fuit. At.Cn.Pom.captis Hieroſolymis uictor.Ex illo fano nihil attigit
in primis hoc ut multa alia ſapienter in tam ſuſpicioſa ac maledica ciuitate locũ ſermoni obtrectatorum
non reliquit.Non enim credo religione & iudæorum & hoſtium impedimento præſtantiſſimo iperato
ri:ſed pudorem fuiſſe.Vbi ergo crimen e͂?Quoniam quidem furtum nuſquam repræhendis edictum p
bas:iudicatum fatearis:Quæſitum exploratum palam nõ negas actũ eſſe per uiros primarios reples de
clarãt.Apameæ maifeſte comprehenſum:A ute pedes prætoris in foro expenſum:eſſe auri pondo .centũ
paulo minus per Sextum Ceſium Equitem Roma.caſtiſſimum hominem atque ítegerrimum.Laodicæ
uiginti pondo paulo amplius per hũc.C.Lucium Peduceum iudicẽ noſtrum Adrimeti per. Cn . Domi
tium legatum Pergami non multum auri ratio,conſtat aurum in ærario eſt furtum non repræhenditur
inuidia quæritur.A iudicibus oratio auertitur:Vox in coronam turbamque effunditur:Sua cuique ciuita
ti religio Læli e͂:Noſtra nobis.Stantibus Hieroſolymis pacatiſque iudæis tamen iſtorum religio ſacrorũ
a ſplendore huius imperii:grauitate nominis noſtri maiorum inſtitutis abhorrebet:Nunc uero hoc ma
gis quod illa gens quid de noſtro imperio ſentiret:oſtendit armis:quã cara diis immortalibus eſſet: do
cuit quod eſt uicta:quod elocata:quod ſeruata.Quamobrem quoniã quod crimen eſſe uoluiſti:id totũ
uides in laudem eſſe conuerſum.Veniamus iam ad ciuium Romanorum quærelas:ex quib' ſit ſane pri
ma Deciani.Quid tibi tandem Deciane iniuriæ factum e͂?Negociaris in libera ciuitate.Primum patere
me eſſe curioſum.Quouſq; negociabere?cum præſertim ſis illo loco natus. Iã annos triginta in foro uer-
ſans:ſed tamen Pergameno longo interuallo.Si quãdo tibi peregrinari commodum e͂.Romã uenis: af
fers faciem nouam:non uetus purpuram Tyriam:in qua tibi inuideo:quod unus ueſtimentis tã diu
lautus es.Verum eſto.Negociori libet:cur non Pergami?Smyrnæ?Trallibus?Vbi & multi ciues Roma
ni ſunt:& ius a noſtro magiſtratu dicitur.Ocium te delectat lites:turbæ popu.Roma.odio eſt Græcorum
libertate gaudes:cur ergo unus tu Appolonieſes amantiſſimos po.Roma.fideliſſmos ſocios miſeriores
habes quam aut Mithridates aut ãtẽ q̃ pater tuus habuit unq̃. Cur.his per te frui libertate ſua? Cur deniq;
eſſe liberos nos licet.Homines ſunt tota Aſia frugaliſſimi:ſanctiſſimi . A græcorum luxuria & leuitate re-
motiſſimi patresfamilias ſuo contenti aratores ruſticani agros habent & natura pbonos:& diligentia cul
turaque meliores.In hiſce agris tu prædia habere noluiſti.Omnino mallẽ & magis erat tuũ. Si te magis
Craſſi agri delectabant.Hic alicubi in Cruſtumino:aut in capenati parauiſſes.Verũ eſto Catonis e͂ dictũ.
pedibus cõpenſari pecuniã longe omnino a Tyberi ad Caicum:quo in loco etiam Agamemnon exer
citu erraſſet:niſi ducem Thelephũ inueniſſet.Sed concedo id quoq; placuit id oppidum.Regino delecta
uit.Emiſſes Amyntas e͂ genere:honore:exiſtimatiõe: pecũia princeps illius ciuitatis. Huius ſocrũ mulie
rem imbecilli conſili ſatis locupletem pellexit Decianus ad ſeſe:& cum illa quid ageretur:neſciret in poſſeſ-
ſione prædiorum eius familiam ſuã collocauit. Vxorẽ abduxit ab amynta prægnantẽ:quæ pepit apud
Decianum filiam:hodieq; apud Decianum eſt & uxor Amyntæ & filia.Nunquid harum rerum a me fin
gitur Deciane.Sciunt hec oẽs nobiles:ſciunt boni uiri:ſciunt dẽiq; noſtri homines:ſciunt mediocres:ne
gociatores.Exurge Amynta:repente a Deciano non pecuniam:non predia.Socrũ deniq; ſibi habeat re-
ſtituat uxorem reddat miſero patri filiam membra quæ debilitauit lapidibus.fuſtib':ferro:manus : quas
cõtudit:digitos quos confregit:neruos quos concidit:reſtituere non poteſt:filiã:filiã:inquã ærũnoſo patri
Deciane redde hæc Flacco te non probaſſe miraris:Cui quaſi tandẽ probaſti emptiones falces prædiorũ.
præſcriptiones cum mulierculis aperta circũſcriptione feciſti.Tutor his rebus græcorum legibus aſcri be͂
dus fuit.Polemocratẽ ſcripſiſti mercenarium:& ad miniſtrum conſiliorum tuorũ: Adductus e͂ in iudiciũ
Polemocrates de dolo malo & de fraudæ a Dione huiꝰ ipſius tutelæ nomie q cõcurſus ex oppidis finiti
mis undiq;.Qui dolor animorum.Quæ quærela.Cõdemnatus e͂ pollemocrares ſententiis omnib' irritæ
uẽditiones:irritæ perſcriptiones:nu reſtituis:defers ad Pergamenos:ut illi reciperent in ſuas literas publi-
cas præclaras pſcriptiones & emptiões tuas Repudiant reiiciunt.Atq; homines pergameni laudatores
tui.Ita enim mihi gloriari uiſus es laudatione Pergamenorũ quaſi honorem maiorum tuorum ſecutus
eſſes:& hoc te ſuperiorem ee͂ putabas:q̃ Læliũ:q te ciuitas Pergamena laudaret.Num honeſtior e͂ ciuitas
Pergamena q̃ Smyrnæ.An ne ipſi q̃dem dicũt.Siquidem dicunt.Vellem tantum habere me ocii:ut poſ
ſem recitare pſelphiſma Smyrnæorum:quod fecerũt i caſtritium mortuum:uel quod ait Luceri'.L. Flac
cum ſibi dare cupiſſe:ut fide ſe abduceret:ſeſtertiũ uicies:& eum tu accuſas auaritiæ:quem dicis uicies no
luiſſe perdere.Nam'quid emebat:cum te emebat:ut ad ſe transires?Quam partem cauſæ tibi darem'.An
ut enunciares conſilia.Lælii:q teſtes ab eo prodirent:quid nos nõuidebamus habitare una.Quis hoc ne
ſcit tabulas . Lælii poteſtate fuiſſe nõ dubium e͂. An ne uehementer ne copioſe accuſares nũc facis ſuſpi
cionem.Ita enim dixiſti ut neſcio quid ad te imperatum eſſe uideatur.At enim Andrõi Seſtullio grauis
iniuria facta eſt:& non ferenda:q cum eſſet eius uxor.Valeria inteſtata mortua:ſic egit eã rem Flaccus:q
ſi ad ipſum hereditas pertineret.In quo quid reprehendas ſcire cupio:q falſum intenderit q doces.In gẽua
inquit fuit.O peritum iuris hominem:quid ab ingẽuis mulieribus hereditates lege nõ ueniunt. In ma-
nu inquit conuenerat.Nunc audio : ſed quæro uſu an coemptiõe uſu nõ potuit:nihil enim poteſt de tu-
tela legitima ſine omnium tutorum auctoritate diminui.Coemptiõe:olbus auctorib':q bus certe Flac-
cum fuiſſe non dices relinquitur illud quod uociferari nõ deſtitit:nõ debuiſſe cum prætor eſſet ſuũ nego-
cium agere:aut mentionem facere herereditatis.Maximas audio:tibi.L.Luculli:q de.L.Flacco ſententiã
Latutus es pro tua eximia liberalitate maximiſq; beneficiis i tuos ueniſſe hæreditates.cũ Aſiam prouin-
ciam conſulari imperio obtineres.Si quis eas ſuas eſſe dixiſſet cõceſſiſſes.Tu Tite Vecti ſi qua tibi in Aſia

ea uenerit hereditas uſu amittas:an tuū nulla auaritia ſalua dignitate retinebis. At iſti' hæreditatis iā glo
bulo prætore Flacci nomine petita poſſeſſio ē. Nō igiť ipreſſio non occaſio non uis:non tempus:nō ſpe
rium non ſecures:ad iniuriam faciendam Flacci animū impulerunt. Itaq; eodem etiā. M. Lurco uir opti
mus meus familiaris conuertit Aculeū teſtimonii ſui:negauit a priuato pecuniam in prouinciam ꝑtorē
petere oportere. Cur tandē. M. Lurco non oportet:extorquere:accipere contra leges non oportet:petere
non oportere:nunꝗ̃:oſtendes:niſi docueris non licere. An legationes ſumere liberas exigendi cā:ſicut&
tu ipſe nuper:& multi uiri boni ſæpe fecerunt:rectum eſt. Ego quoq; nō reprehendo:ſocios uideo queri·
prætorem ſi hereditatem in prouincia non reliquerit:nō ſolum non repræhendendū:uerumetiam con
demnandū putas:Doti inquit. Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat nihil doti iſtoꝶ explicari poteſt:
niſi oſtenderis illam in tutelam Flacci nō fuiſſem. Si ſit quæcūq; ſine hoc auctore ē dicta dos:nulla ē. Sed
tamen Luconem quāquā pro ſua dignitate moderatus eſt in teſtimonio dicēdo religioni ſuæ tamē iratū
Flacco eſſe uidiſtis. Neq; eitim occultauit cauſam iracūdiæ ſuæ:neq; retcēdā putant:quæſt' ē liberū ſuū
Flacco prætore eſſe damnatum:O conditiones miſeras adminiſtrādaꝶ prouinciaꝶ & ciuitatum:in qui
bus diligentia plena ſimultatū ē:negligētia uituperationū:ubi ſeueritas piculoſa ē liberalitas ingrata ſer·
mo inſidioſus aſſentatio pnicioſa:frōs oium familiaris:multoꝶ animus iratus:iracūdiæ occultæ blāditiæ
aptæ uenietes ꝑtores expectāt:pſentibus iſeruiūt abeūtes deſerūt. Sed omittamus quærelas ne noſtrū con
ſiliū in omittēdis prouīciis laudare uideamur:litteras miſit de uillico. P. Septimii hominis ornati:q uilli
cus cædē fecerat. Septimū ardētē iracundia uidere potuiſtis in Lucornis libertum:iudicium ex edicto de
dit. Hoſtis eſt Lurco. Quid igitur hominum gratioſoꝶ ſplendorūq; libertis fuit Aſia tradēda. An ſimul
tates neſcio quas cum libertis ueſtris. Flaccus exercet an uobis in ueſtris ueſtrorūq; cauſis ſeueritas odio
eſt eandē laudatis cum de nobis iudicatis. At iſte Andro ſpoliatus bonis ut dicitis:ad dicēdū teſtimoniū
non uenit. Quid ſi ueniat. Deciſionis arbiter. C. Cecilius fuit:quo ſplendore uir:qua fide:q̃ religione ob
ſignator. C. Seſtullius Lurcōis ſororis filius:homo & prudens & conſtans & grauis. Si uis erat:ſi fraus:ſi
mœtus:ſi circunſcriptio:quis pactionem fieri:quis adeſſe iſtos coegit. Quid ſi iſta oia pecūia huius huic
adoleſcentulo. L. Flacco reddita eſt:ſi petita:ſi redacta. ſi p hunc Antiochum paternum huius adoleſcen·
tis libertum ſeni illi Flacco probatiſſimum:uidemur ne ſolum auaritiæ crimen effugere:ſed etiā liberali·
tatis laudem aſſequi ſingularem:communem enim bereditatē quæ equaliter ad utrūque lege ueniſſet:
cōceſſit adoleſcenti propiquo ſuo:nihil ipſe attigit de Valerianis bōis:quod ſtatuerat facere adductus hu
ius pudore:& non ampliſſimis patrimonii copiis id non ſolum fecit:ſed etiam ꝑlixe cumulateque fecit.
Ex quo intelligi debet eum contra leges pecunias non cœpiſſe:qui tam fuerit in hæreditate concedēda
liberalis:ad Falcidianum crimen eſt ingens. Talenta quinquaginta ſe Flacco dīcit dediſſe:audiāus homi
nem nō adeſt. Quomodo igitur dicitur epiſtolam mater eius profert & alteram ſoror. Scriptum ad ſe di
cunt eſſe ab illo tantam pecuniam Flacco datam:ergo is qui aram tenēs iuraret. crederet nemo. p epiſto
lam quod uolet iniuratus probabit. At q Vir:quam non amicus ſuis ciuibus:qui patrimonium ſatis lau
tum quod hic nobiſcū conficere potuit Græcorum conuiuiis maluit diſſipare. Quid attinuit relinquere
hanc urbem:libertate tam præclara carere:adire periculum nauigandi:quaſi bona comeſſe Romæ nō li
ceret. Nunc denique materculæ ſuæ feſtiuus filius aniculæ minime ſuſpitioſæ purgat ſe per epiſtolam:ut
eam pecuniam quam contra legerat non conſumpſiſſe:ſed Flacco dediſſe uideatur. At fructus iſti tralia
norum Globulo prætore uenierant. Falcidius emerat non ingentus millibus. Si dat pecuniam tantam
Flacco. Nempe iccirco dat. Vt rata ſit emptio. Emit igitur aliquid quod certe multo pluris eſſet. Dat de
Lucro nihil detrahit de uiuo. Minus igitur Lucri facit. Cur Albanum uenire iubet:cur matri præterea:
blanditur cum epiſtolis & Sororis & Matris imbecillitatem aucupatur:poſtremo cur non audimus ip·
ſum retinetur credo in prouincia mater negat. Veniſſet inquit:ſi eſſet denunciatum. Tu certe coegiſſes:
ſi ullum firmamentum in illo teſte poſuiſſes:ſed hominem ab negocio abducere noluiſti magnum
erat ei certamen propoſitum. Cum Græcis contentio magna. Qui tamen ut opinor iacent uicti. Nam
iſte unus totā Aſiam magnitudine poculorum bibendoque ſuperauit. Sed tamen quis tibi Læli de epi·
ſtolis iſtis indicauit? Negant mulieres ſe ſcire. Quis is eſt igitur ille tibi ſe da matrem & ſororem ſcripſiſ·
ſe narrauit? An etiam ſcripſit oratu tuo. At uero. M. Ebucium conſtantiſſimum & prudentiſſimum homi
nem Falcidii affinem Nihil interrogas:nihil eius generum pari fide præditum. C. Manilium:qui profe
cto de tanta pecunia ſi eſſet data. Nihil audiſſe non poſſet his tu igitur epiſtolis. Deciane recitatis:his mu
lierculis productis illo abſente auctore laudato tātum te crimen probaturum putaſti:preſertim cum ip·
ſe non deducendo Falcidium iudicium feceris:plus falſam epiſtolam habituram pōderis:q̃ ipſius ꝑſen
tis fictam uocem & ſimulatum dolorem. Sed qd ego de epiſtolis Falcidii aut de Andrōe ſeſtullio:aut de
Deciani ſenſu tā diu diſputo poſtulo de ſalute omnium noſtrum:de fortūis ciuitatis de ſumma Repu:
taceo quā uos uniuerſam in hoc iudicio ueſtris īquā humeris iudices ſuſtinetis Videtis ī quo motu tēpo·
rum quāta ī cōuerſione rerū ac perturbatiōe uerſemur. Cum alia multa certi homines tum hoc uel ma
xime moliuntur:ut ueſtre quoque mētes ueſtra iudicia ueſtræ ſententiæ optimo cuiq; īfeſtiſſime atque
inimiciſſimæ reperiantur grauia iudicia pro Reipu. dignitate multa de coniuratorum ſcelere feciſtis. Nō
putant ſatis conuerſam eſſe Rēpu. niſi eandem ipiorum pœnam optime meritos ciues detruſerit. Opp̄ſ
ſus eſt. C. Antonius iſto habuit quōdam ille īfamiam ſuam:neque tamen ille ipſe ꝑ meo iure dico. Vo
bis iudicibus damnatus eſſet:cuius damnatione ſepulchrum. L. Catilinæ floribus ornatum hominū au
daciſſimoꝶ ac domeſticoꝶ hoſtiū cōuētu epuliſq; celebratū ē. Iuſta Catilinæ facta ſunt. Nunc a Flacco

Lentuli pene p nos exp etuntur.Quam poteſtis Publio Lētulo qui nos in complexu liberorū cōiungiq̄
ueſtraꝝ trucidaios icēdio patriæ ſepelire conatus ē mactare uictimam gratiorem:q̄ ſi Lucii Flacci ſangui
ne illius nepharium in uos omnes odium ſaturaueritis.Litemus igitur Lētulo parentemus.Cethego re
uocemus eiectos nimiæ pietatis & ſūmi amoris in patriā uiciſſim nos pœnas ſi ita placet ſufferam⁹.Nos
autē ab indicibus nominamur:in nos crimina fingūtur nobis pericula comparant:quæ ſi per alias age
rent:ſi denīq; p populi nomen ciuium imperitorum multitudinē concitaſſent:æquiore animo ferre poſ
ſumus.Illud uero ferri nō poteſt.quod per ſenatores & per equites Ro.qui hæc omnia pro ſalute omniū
communi conſilio una mente ac uirtute geſſerunt:harum rerum auctores:duces pricipes:ſpoliari omni
bus fortunis atque ciuitate expelli poſſe arbitrantur.Et enim Populi Romani perſpiciunt eam mentē &
uoluntatem omnibus rebus.Quibus poteſt Popu.Roma ſignificat:quid ſentiat.Nulla uarietas ē inter ho
minus opiniones nulla uoluntatis:nulla ſermonis.Quaē ſi quis illuc me uocat.uenio.Popu.Roma.diſce
ptatorem non modo non recuſo:ſed etiam depoſco.Vis abſit ferrum ac lepides rēoueātur:operæ faceſ
ſant:ſeruitia ſileant.Nemo.erit iam iniuſtus:qui me auderit:ſi modo liber & ciuis quin poti⁹ de præmiis
meis:quam de pœna cogitandum putet.O dii immortales quid hoc miſerius?Nos qui.P.Lentulo ferrū
& flammam de manibus extorſimus imperitæ multitudinis iudicio cōfidimus.lectiſſimorum ciuium &
ampliſſimorum ſententias pertimeſcimus.Marcum Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus
teſtimoniiſque conuictum.Quia tum fugitiuis fortiter bellum geſſerat iudicio liberauerunt.Cōſul ego
nuper defendi.C.Piſonem:qui quia conſul fortis conſtanſque fuerat:incolumitatis eſt Reipubli.cōſeruat⁹
Defendi item conſul.L.Murenam cōſulem deſignatum.Nemo illorum iudicium clariſſimis uiris accu-
ſantibus audiendum ſibi de ambitu putauit.Cū bellum iam gerente Catilina omnes me auctore duos
conſules calen.Ianuariis ſcirent eſſe oportere.Innocens & bonus uir & oībus rebus ornatus bis hoc an-
no me defendente abſolutus eſt.A.Thermus:quanta Reipubli.cauſa lætitia.Popu.Roma.qu ta gratula
tio conſecuta eſt ſemper graues & ſapientes iudices in rebus iudicādis quid utilitas ciuitatis:quid cōmu-
nis ſalus quid Reipubli.tempora poſcerent.cogitauerūt.Cum tabella uobis.dabit̄ iudices.nō de Flacco
dabitur ſolum:dabitur de ducibus auctoribuſque conſeruandæ ciuitatis.dabitur de bonis ciuibus omni
bus:dabitur de uobis metipſis:dabitur de liberis ueſtris:dabitur de uita:de patria:de ſalute cōmuni.Non
iudicatis in hac cauſa de exteris nationibus nō de ſociis:de uobis:ac de ueſtra republi.Iudicatis:Quod ſi
prouinciarum uos ratio magis mouet quam ueſtra.Ego uero non modo non recuſo:ſed etiam poſtulo.
ut prouinciarum auctoritate moueamini:& enim opponem s Aſiæ prouinciæ:primum magnam parte
eiuſdem prouinciæ:quæ pro huius periculis legatos laudareſque miſit.Deinde prouinciam Galliam.p-
uinciam Ciciliam.Hiſpaniam prouinciam:Cretam.Græcis autem lydiis & phrygibus & miſis opſiſtent.
Maſſiliēſes Rhodii Lacedemonii:Atenienſes cunctą Achaia.Theſalia:Boetia ſeptimo &.C.Cælio:te-
ſtibus.P.Seruilius:&.M.Mellius huius pudoris integritatiſque teſtes repugnabūt.Aſiaticæ iuriſdictio-
ni urbana iuriſdictio reſpōdebit.Annui temporis continuationem omnis ætas:L.Flacci:& uita ppetua de
fendet.Et ſi prodeſſe.L.Flacco iudices debet:quod ſe tribunum militū:quod quæſtorem:quod legatum
imperatoribus cariſſimis a exercitatibus ornatiſſimis:prouinciis grauiſſimis dignum ſuis maioribus pſti
tis:pſit quod hic uobis uidentibus in periculis communibus omnium ueſtrum ſua pericula cum meis
coniunxit.Proſint honeſtiſſimorum municipiorum.Coloniarumque laudatiōes.Proſint etiā.S.P.Q.
R.præclara & uera laudatio:O nox illa quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti:cum Galli ad bellū
Catilina ad urbem coniurati ad ferrum:& ad flammam uocabātur.Cum ego te Flacce Cælū noctemq̄
cōteſtans flens flentem obteſtabar:tum tuæ fidei optime expectatiſſime ſalutem urbis & ciuiū commen
dabam tu tu Flacce prætor communis exitii nūcios cœpiſti.Tu incluſam in litteris Reip.peſtem depræ
hēdiſti.Tu periculorum indicia tu ſalutis auxilia ad me & ad ſenatū attuliſti:quæ tibi tū gratiæ ſunt a me
actæ quæ a Senatu:quæ a bonis hominibus:qs ubi quis:C.Pontinio fortiſſimo uiro queq̄ bonum puta
ret unquam non ſalutē:uerū honorem ullū denegaturum?O nonæ illæ decembres:quæ me cōſule fui
ſtis quē ego diem uere natalē huius urbis aut certe ſalutarem appellare poſſum.O nox illa quā iſta dies
eſt cōſecuta:fauſta huic urbi miſerā me metuo ne funeſta uobis.Qui tum animus.L.Flacci:nihil dicā.n.
de me qui amor in patriā:quæ uirtus:quæ grauitas extitit.Sed quid ea commemoro:quæ tum cū agebā-
tur uno conſenſu omniū una uoce Po.Ro.una orbis terræ teſtimonio in cælū laudibus efferebant.Nūc
uereor ne non modo proſint.Verūetiam aliquid obſint:& enim multo acriorem improborum interdū
memoriā eſſe ſentio:q̄ bonorum.Ego te ſiquid grauius acciderit.Ego te inquam Flacce perdidero.Mea
dextra:illa mea fides:mea promiſſa cum te ſi remp.cōſeruaremus:omniū bonorum præſidio quoad ui
ueres nō modo munitū:ſed etiam ornatū fore pollicebar:putaui:ſperaui:etiā ſi honos noſter uobis uili-
or fuiſſet:ſalutem certe caram futuram.At L.Flaccū quidem iudices:ſi id quod dii immortales omē auer
tant ingrata iniuria afflixerit:nunq̄ tamē pſpexiſſe ueſtræ ſaluti:conſuluiſſe uobis liberis:coniugibus:for
tunis ueſtris pœnitebit.Semp ita ſentiet:talem ſe aium & generis dignitati & pietati ſuæ & patriæ debuiſ-
ſe.Vos ne pœniteat tali ciui non peperciſſe:per deos imortales iudices puidere.Quotus enim qſq; aſt q
hanc Reipu.ſectā ſequatur:q̄ uobis q ueſtri ſimilibus placere cupiat:qui optimi atq; ampliſſimi cuiuſq;
hois atq; ordinis auctoritatem magni putet:illam uiā ſibi uident expeditiorē ad honores & ad omnia
quæ concupiuerunt.Sed cætera ſint eoꝝ ſibi habeāt potētiam:ſibi honores:ſibi cæterorū cōmodorū ſum-
mas facultates:liceat iis q hæc ſalua eſſe uoluerūt ipſis eē saluis:nolite iudices exiſtimare eos qbusītegrū
eſt:q nondum ad honores acceſſerunt:nō expectare huius exitum iudicii.Si.L.Flacci tātus amor in bo-

nos omnes:tantũ in Rep.ſtudium calamitati fuerit.quẽ poſt hac tam amẽtẽ fore putatis:qui nõ illã uiam
uitæ quã ante præcipitem & lubricam eẽ dicebat:huic planæ & ſtabili proponẽdam eſſe arbitreturq; ſi ta
lium ciuiũ uos iudices tedet:oſtendite mutabunt ſententiã:qui potuerint conſtituent quid agant:quibus
integrũ ẽ.Nos qui iam progreſſi ſumus:hũc exitũ noſtræ temeritatis feremꝰ.Sin hoc animo q̃ plurimos
eẽ uultis:declarabitis hoc iudicio quid ſentiatis:huic huic miſero puero ueſtro ac liberorũ ueſtrorũ ſupplici
iudices hoc iudio uiuẽdi præcepta dabitis.Cui ſi patrẽ cõſeruatis:qualis ipſe debeat eẽ ciuis:preſcribetis ſi
eripitis oſtenditis bonæ rationi & cõſtantiæ & graui nullum a uobis fruſtum eſſe propoſitũ. Qui uos quo
niam eſt id ætati:ut ſenſum iam percipere poſſit ex mœrore patrio:auxilium nõdũ patri ferre poſſit:orat
ne ſuum luctum patris lachrymis patris mœrorem ſuo fletu augeatis:qui etiam me intuetur:me uultu ap
pellat meam quodammodo flens fidem imploratam repetit:eam quam ego patri ſuo quondã pro ſalu
te patriæ ſpopõderim dignitatem.Miſeremini familiæ iudices:miſeremini fortiſſimi patris:miſeremini
filii Nomen clariſſimum & fortiſſimum uel generis uel uetuſtatis uel hominis cauſa Reipu.reſeruate.

M.T.C.Q VA POPVLO GRATIAS AGIT DE REDITV SVO.ORATIO.

QVOD PRECATVS Ab Ioue optimo maximo.cæteriſq; diis immortalibus ſum Qui
rites:eo tẽpore cũ me fortunaſq; meas pro ueſtra incolumitate ocio cõcordiaq; deuoui.Vt
ſi meas ratiões unquã ueſtræ ſaluti antepoſuiſſem ſempiternã pœnã ſuſtinerẽ mea uo
lũtate ſuſceptã.Sin & ea quæ ante geſſerã cõſeruãdæ ciuitatis cã geſſiſſẽ & illã miſerã pro
fectionẽ ueſtre ſalutis gratia ſuſcepiſſe:ut quod odiũ ſcelerati homines & audaces i Rẽ
publi.& in oẽs bonos conceptũ iã diu cõtinerẽt id i me uno potiuſquã in optie quoq; &
uniuerſa ciuitate deficeret:hoc ſi aĩo in uos liberoſq; ueſtros fuiſſẽ:ut aliq̃do uos patres
q; cõſcriptos Italiamq; uniuerſam memoria mei:miſericordia deſideriũq; teneret:eius deuotionis me eẽ
coniunctũ iudicio deorũ immortaliũ:teſtimonio Senatus conſenſu Italiæ:confeſſione inimicorũ:benefi
cio diuino immortaliq; ueſtro maxime lætor quirites:& ſi homini nihil eſt magis optãdũ:q̃ pſpera æq̃libus
perpetuaq; fortuna ſecundo uitæ ſine ulla offenſione curſu:tamẽ ſi mihi trãquilla.& placata oia fuiſſent
incredibili quadã & pene diuina:q̃ at nunc bñficio ueſtro fruor:letitiæ uoluptate caruiſſẽ.Quid dulcius
hoium generi a natura datum eſt.quam ſui cuiq; liberi.Mihi uero & propter indulgentiam meam:& pp
ſgens eorũ ingenium uita ſunt mea cariores:tamen non tanta uoluptate erant ſuſcepti.quãta nunc ſunt
reſtituti.Nihil cuiq̃ fuit unq̃ iucundus q̃ mihi meus frater:non tam id ſentiebam cum fruebar q̃ tunc cum
carebã.Sed poſtea quã uos me illi:& mihi cum reddidiſtis incredibile eſt quanta animo uoluptatẽ perce
perim:Res familiaris ſua quẽq; delectat:reliquæ meæ fortunæ recupatæ plus mihi nũc uoluptatis afferũt
quãtũ incolumitatis afferebant.Amicitiæ:cõſuetudines:uicinitates:clientiæ:ludi deniq;:& dies feſti quid
haberẽt uoluptatis:carendo magis intellexi q̃ fruẽdo.Iã uero honos:dignitas:locus:ordo beneficia ue
ſtra:q̃q̃ mihi ſemper clariſſima uiſa ſunt:tamen ea renouata nũc illuſtriora uidentur:quã ſi obſcurata nõ
eẽnt.Ipſa autem patria dii immortales dici uix poteſt qd caritatis:quid uoluptatis habet:quæ ſpecies Ita
liæ:quæ celebritas oppidorum quæ forma regionũ:qui agri:quæ fruges:quæ pulchritudo urbis:quæ hu
manitatis ciuium:quæ Reipu.dignitas quæ ueſtra maieſtas. Quibus ego oibus ante rebus ſic fruebar:
ut nemo magis.Sed tãquã bona ualitudo iucundior ẽ eis qui e graui morbo recreati ſunt:q̃ qui nunquã
ægro corpore fuerũt:ſic ea omnia deſiderata magiſq̃ aſſidue percepta delectant.Quorſum igit̃ hæc diſpu
tatio quorſum ut intelligere poſſitis:neminem unquam tanta eloquẽtia fuiſſe:nec tam diuino atque in
credibili genere dicẽdi qui ueſtram magnitudinem multitudinemq; beneficiorum quæ in me fratrẽq;
meũ & liberos noſtros cõtuliſtis nõ modo augere aut ornare oratiõe:ſed enumerare aut cõſequi poſſit.
A parẽtibus id quod neceſſe erat paruus ſum procreatus a uobis natus ſum cõſularis.Illi mihi fratrẽ inco
gnitum:qualis futurus eſſe dederunt.Vos ſpectatũ & incredibili pietate cognitum reddidiſtis rẽp.illis ac
cepi temporibus eam quæ pene amiſſa eſt a uobis eam recuperaui:quã aliquãdo omnis unius opera ſer
uatã iudicauerunt dii immortales mihi liberos dederunt:uos reddidiſtis.Multa præterea a diis imortali
bus optata cõſecuti ſumus:niſi ueſtra uoluntas fuiſſet:omnibus diuinis mũeribus caruiſſemus noſtros
deniq; honores quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti nũc a uobis uniuerſos habemus:ut q̃tũ ãtea pa
rentibus q̃tũ diis immortalibus:quãtum nobis metipſis tantum hoc tempore uniuerſo cuncta Po.Ro.
debeamus.Nam cũ i ipſo beneficio ueſtro tanta magnitudo eſt ut eam complecti oratione nõ poſſimus
tum in ſtudiis ueſtris tãta animorum declarata uoluntas eſt:ut nõ ſolũ calamitatem mihi detraxiſſe.Sed
etiam dignitatem auxiſſe uideamini.Non eni ꝓ meo reditu:ut.P.Popilii nobiliſſimi hominis adoleſcẽ
tes filii & multi præterea cognati atq; affines deprecati ſunt nõ ut pro.Qu.Metello clariſſimo uiro iã ſpe
ctata ætate filius:nõ.L.Diadematus conſularis ſumma auctoritate uir nõ.Qu.Metellus Cẽſorius:nõ eo
rum liberi:nõ.Qu.Metellus nepos q tum conſulatum petebat non ſororum filii Luculli:Seruilii.Scipio
nes,ꝓ multi enim tum Metelli aut metellorũ liberi ꝓ Quin Metelli reditus uobis ac patribus urĩs ſup
plicauerunt.Quod ſi ipſis ſumma dignitas:maximeq; res geſtæ non ſatis ualent tamẽ illa pietas propin
quorum præces adoleſcẽtium ſqualor maiorum natu lachryme po.ro.mouere potuerũt Nã.C.Marii q
poſt illos ueteres clariſſimos cõſulares ueſtra patrumq; memoria:tertius ante me cõſularis ſubiit idigniſ
ſimam fortunam præſtãtiſſima ſua gloria diſſimilis fuit ratio.Non enim iſte deprecatiõe rediit.Sed in
diſceſſu ciuium exercitu ſe armiſq; reuocauit.Me autẽ nudum a propinquis:nulla cognatione munitum
nullo armorũ ac tumultus metu.Cn.Piſonis generi mei diuina quædam & inaudita auctoritas:atq; uir
tus:fratriſq; mei miſerrimi atq; optimi quotidianæ lachrymæ:ſordeſq; lugubres a uobis dep̃catæ ſũt:fra

ret erat unus qui ſuo ſqualore ueſtros oculos inflecteret:qui ſuo fletu deſiderium mei memoriāq; rēoua
ret qui ſtatuerat Quirites:ſi me ſibi non reeddidiſſetis:eandem ſubire fortunā & tāto ī me amore extitit
ut negaret fas eē nō modo domicilio:ſed ne ſepulchro qdem ſe a me eſſe ſeiunctū.Pro me præſente Se
natus hominūq; præterea uiginti milia ueſtē mutauerunt:pro eodē me abſente unius qualorē ſordeſq;
uidiſtis.Vnus hic qui domi:qui in foro poſſet eſſe mihi pietate filius:iunctus eſt enī beneficio parēs amo
re idem q ſemper fuit frater.Nam coniungis miſeræ ſqualor:& luctus:atq; optime filiæ mœror aſſiduus
filiiſq; parui deſideriū mei lachrymæq; pueriles pietatē ueſtram moueret.Aut itineribus neceſſariis aut
magnā partem lectis ac tenebris continebantur.Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritū quod
non multitudini propinquorū.ſed nobis metipſis non reddidiſtis.Sed quēadmodū propīqui quos ego
parare non potui:mihi ad deprecandā calamitatem meam non fuerunt.Sic illud quod mea uirtus præſta
re debuit:adiutores autores hortatoreſq; ad me reſtituendū ita multi fuerunt:ut lōge ſuperiores omnes
ac dignitate copiaq; ſuperarem.Nūquam de.P.Popilio clariſſimo atq; fortiſſimo uiro.Nunquā de Quī.
Metello nobiliſſimo & cōſtantiſſimo ciue nunquam de.C.Mario cuſtodie ciuitatis atq; Imperii ueſtri in
Senatu mentio facta ē Tribunitii ſuperiores illi rogationibus nulla auctoritate Senatus ſunt reſtituti.Ma
rius uero non modo a Senatu:ſed etiam oppreſſo Senatu eſt reſtitutus.Nec rerum geſtarū ī reditu mēo
ria.C.Marii ſed exercitus atq; arma ualuerunt.At de me ut ne ualerēt:ſemper Senatus flagitauit:ut aliq̄
do perſiceretur cum primum licuit:frequentia atq; auctoritate perfecit.Nullus in eorū reditu motus mu
nicipiorum & coloniarum factus eſt.At me in patriam ter ſuis decretis Italia cūcta reuocauit.Illi inimicis
interfectis magnatū ciuium cæde facta reducti ſunt.Ego iis a qbus reiectus ſum prouincias obtinētibus
inimico hoc optimo uiro & mitiſſimo altero cōſule referēte reductus ſum cum hic inimicus qui ad meā
perniciem uocē ſuam communibus hoſtibus præbuiſſet.Si ritu dum taxat uiueret:re quidem infra oēs
mortuos e mandatus eſſet.Nunquam de Popilio Lucius opimus fortiſſimus conſul.Nunquam de Qu.
Metello nō modo.C.Marius:qui erat inimicus:ſed ne is quidē qui ſecutus eſt Marcus Antonius homo
eloquentiſſimus cum Aulo Albino collega Senatū aut populum eſt cohortatus.At p me ſuperiores cō
ſules ſemper ut referrent efflagitati ſunt:ſed ueriti ſunt ne cauſa gratiæ facere uiderētur:q alter mihi affi
nis erat alterius cauſam capitis receperam:qui prouinciarum fœdere irretiti totum illum annum quære
las Senatus luctum bonorum Italiæ uero gemitum pertulerunt:calē.uero Iāuariis poſtea quā orba res
P.conſulis fidē tanq̄ legitimi tutoris implorauit.P.Lentulus conſul:parens deus ſalutis noſtræ uitæ:for
tunæ:mēoriæ:nominis ſimul ac de ſole de religione rettulit:nihil humanarum rerum ſibi priuſquā de
me agendum iudicauit.Atq; eo die cōfecta res eēt:niſi in tribunus plæbis quē ego maximis beneficiis q
ſtorem ornauerā cōſul:cū & cūctus ordo:& multi eū ſummi uiri orarēt:&.C.Oppius ſocer optimus uir ad
pedes eius flens iaceret:noctem ſibi ad deliberandū poſtulaſſet quæ deliberatio non in redenda:quē ad
modū nonnulli arbitrantur:ſed ut patefactum eſt in augenda mercede conſumpta eſt.Poſtea res acta ē
in Senatu alia nulla:cum uariis ratiōibus impediretur & uolūtas tamē perfecta.Senatus cauſa apud uos
menſe Ianuario deferebatur.Hic tantū interfuit inter me & inimicos meos:ego cum homines ī tribūa
li Aurelio palā conſcribi centuriariq; uidiſſem:cum intelligerem ueteres ad ſpem cædis Catilinæ copias
eſſe reuoc tas:cum uiderem ex ea parte homīes:cuius ptis principes nos numerabamur:partim q mihi
inuiderent:partim quod ſibi timerent:aut proditores eſſe aut deſertores ſalutis meæ:cū duo cōſules em
pti pactione prouinciarum auctores ſe inimicis Reip.tradidiſſent cum egeſtatem:auaritiā:libidines ſuas
uiderēt expleri non poſſe niſi conflictum domeſtici hoſtibus dediſſem.Cum Senatus Equites di Roma
flere pro me ac mutata ueſte uobis ſupplicare edictis atq; imperiis uetarentur:cum omniū prouinciarum
pactiones cum omnia cum omnibus fœdera reconciliationes gratiarum ſanguine meo ſarcirent:cū oēs
boni non recuſarent:quin pro me uel mecum perirēt armis decertare pro mea ſalute nolui quod potuī
quoniam & uincere & uinci luctuoſum Reip.fore putaui.At inimici mei menſe Ianuarii cū de me agere
tur corporibus ciuiū trucidatis flumine ſanguinis meum reditū intercludendū putauerunt.Itaq; cū ego
abſui eam Rēpu.habuiſtis:ut æque me atq; illā reſtituēdā putaretis.Ego autem in q ciuitate nihil ualeret
Senatus omnis eſſet impunitas:nulla iudicia:uis & ferrum in foro uerſaretur:cum priuati ſe parietū pſi
dio non legum tuerentur tri.ple.uobis inſpectantibus uulnerarentur ad magiſtratuum domos cū ferro
& facibus iret:cōſulis faſces frangerentur:& deorū īmortalium tēpla incenderent rēp.nullā eē putaui.
Itaq; neq; Rep.exterminata mihi locum ī hac urbe eſſe duxi:nec ſi illa reſtitueret:dubitaui quin me ſecū
ipſa reduceret.An ego cum mihi eſſet exploratiſſimum.P.Lētulum pximo anno conſulem futuꝝ q illis
ipſis Reip.periculoſiſſimis tēporibus ædilis curulis me conſule omnium meorum conſiliorū particeps
periculorumq; ſocius fuiſſet:dubitarem quin is me confectum conſularibus uulneribus cōſulari medi
cina ad ſalutem reduceret:Hoc duce collega autem eiꝰ clemētiſſimo atq; optimo uiro primo nō aduer
ſante:poſt etiā adiuuante reliqui magiſtratus pene omnes fuerunt defenſores ſalutis meæ.Ex quibꝰ ex
celenti animo:uirtute:auctoritate:præſidio:copiis.Titus Annius:& Publius Sextius preſtātī ī me beniuo
lentia & diuino ſtudio extiterunt.Eodemq; publio Lentulo auctore & pariter referēte collega frequētiſſi
mus Senatus uno diſſentiente nullo intercedente dignitatem meam:quibus potuit uerbis ampliſſimis
ornauit.Salutē uobis municipiis coloniiſq; omnibꝰ cōmēdauit.Ita me nudū a propinquis nulla cogna
tione munitum Conſules:pretores tribui plebis.Senatus:Italia cuncta ſemper a uobis deprecata eſt:de
niq; omnes qui ueſtris maximis beneficiis honoribuſq; ſunt ornati:producti ad uos ab eodem non ſolū
ad me conſeruandum uos cohortati ſūt:Sed etiam reꝝ meaꝝ geſtarum auctores teſtes laudatoreſq; fue

rũt:quoꝝ principes ad cohortandos uos & rogãdos ſuit.Cn.pom.uir omnium q ſunt fuerunt erũt uirtu
te ſapiẽtia:ac gloria princeps q mihi unus uni priuato amico omnia eadẽ dedit:quæ uniuerſe Reipubli.
ſalutem ocium dignitatẽ affereabãt:cuius oraito fuit:quẽadmodũ accepi tripartita uos ita primũ docuit
meis conſiliis remp.eſſe ſeruatam:cauſamq; meã cũ communi ſalute coniunxit hortatuſq; ẽ ut auctorita
tem Senatus ſtatim ciuitatis:fortũas ciuis benemeriti defenderetis tum in peiorando:poſuit:uos rogari
a ſenatu:rogari ab equitibus:rogari ab italia cuncta:deinde ipſe ad extremum ꝓ mea uos ſalute nõ roga
uit ſolũ uerumetiam obſecrauit.Huic ego homini qrites tãtum debeo quãtum hominẽ homini debere
uix fas ẽ:huius conſilia.P.Lentuli ſententiã:Sẽatus auctoritatem uos ſecuti.in eo loco in quo ueſtris be
neficiis fuerã iiſdẽ centuriis qbus collocaratis repoſuiſtis.Eodem tẽpore audiuiſtis eodẽ ex loco ſũmos:
uiros ornatiſſimos atque ampliſſimos homines principes ciuitatis omnes cõſulares:omnes ꝑtores ea
dẽ dicere:ut omniũ teſtimonio ꝑ me unum rempu.conſeruatam eẽ conſtaret.Itaq; cum.p.Seruilius gra
uiſſimus uir & ornatiſſimus ciuis dixiſſet opa mea Rempu.incolumen:magiſtratibus deinceps traditã:
dixerunt in eandem ſententiam cæteri.Sed audiſtis eo tempore clariſſimi uiri non ſolũ auctoritatẽ:ſed
etiã teſtimonium Lucii Gelli:qui qa ſuam claſſem attentatã magno cum ſuo periculo pene ſenſit:dixit ĩ
cõcione:uerum ſi ego conſul ſicut fui non fuiſſem Rempu.funditus interituram fuiſſe.En ego tot teſti
moniis.Quirites:hac auctoritate Senatus tãta conſenſionæ Italiæ tanto ſtudio bonorum omniũ:agẽte
p.Lentulo conſcentibus cæteris magiſtratibus:deprecante. Cn.pum.hominibus omnibus fauentib9
diis denique immortalibus frubum hubertate:copia utilitate reditũ meum cõprobantibus mihi meis
Rei publicæ reſtitutus tantum uobis quantum facere poſſum Quirites pollicebor:primum qua ſanctiſſi
mi homines pietate erga deos ĩmortales eſſe ſoleant:me eandem erga Populũ Roma.ſempq; fore.Nu
menque ueſtrum æque mihi graue & ſanctum ac deorum immortalium i omni uita futurũ.Deide quo
niã me in ciuitate reſpu.ipſa reduxit:nullo me loco Reip.defuturum.Quod ſi quis exiſtimat me aut uo
luntate eſſe mutata:aut debilitata uirtute:aut animo fracto:uehementer errat.Mihi quod potuit uis & in
iuria & ſceleratorum hominum furor detrahere:eripuit:abſtulit:diſſipauit:quod uiro forti adimi nõ po
teſt:id mihi manet & permanebit.Vidi ego fortiſſimum uirum municipem meum.C.Mariũ quoniam
uobis aliqua fatali neceſſitate non ſolum cum his qui hoc imperium delere uoluiſſent.Sed etiã cũ fortu
na belligerandum:fuit eum tamen uidi cum eſſet ſumma ſenectute:non modo non infracto animo ꝓ
pter magnitudinem calamitatis.Sed cõfirmato atque renouato:quem egomet dicere audiui tũ ſe fuiſſe
miſerum cũ careret patria:quam obſidione liberaſſet:& cum ſua bona poſſideri ab inimicis ac diripi au
diret cũ adoleſcẽte in filium uideret:eiuſdem ſocium calamitatis cum in paludibus demerſus cõcurſu ac
miſericordia Miturnenſium corpus ac uitam ſuam conſeruarit cum parua nauicula traiectus in Africã
qbus regna ipſe dederat ad eos ſupplex inopſque ueniſſet:recuperata uero ſua dignitate ſe non cõmiſſu
rum:ut ea quæ amiſerat:ſibi reſtituta eſſe ntuirtutem animi non haberet:quam nunquam ꝑdidiſſet Sed
hoc inter me atque illũ intereſt:quod ille quare plurimum potuit:ea ipſa re inimicos ſuos ultus ẽ armis.
Ego qua cõſueui:utar pietate:quoniam illi arti in bello:ac ſeditione locus eſt.Huic in pace atque ocio q̃
ille animo irato nihil niſi de inimicis ulciſcendis agebat.Ego de ipſis inimicis tãtum quãtum mihi reſp.
permittet cogitabo deinde Quirites:quoniam me quattuor omnino genera hominũ uiolarunt.Vnum
eorũ qui odio reip.quod eam ipſis conuictis conſeruaram:mihi inimiciſſimi fuerunt.Alterũ q per ſimu
lationẽ amicitiæ nephariæ me prodiderunt.Tertiũ qui cũ propter inertiã ſuam eadẽ aſſequi non poſſent
Inuiderent laudi & dignitati meæ.Quartũ q cũ cuſtodes Reipu.eẽ debuerunt:ſalutem meam ſtatũ ciui
tatis:dignitatẽ eius imperii:q erat penes ipſos uendiderunt:ſic ulciſcar facinora ſingula:quemadmodũ a
quibuſque ſum prouocatus:malos ciues rempu.bene gerẽdo:perfidos amicos nihil credendo:atq; om
nia cauẽdo.Inuidos uirtuti & gloriæ ſeruiẽdo.Mercatores prouinciarum reuocando domum atque ab
his prouinciarum rationẽ repetendo:quãquam mihi maiori curæ quemadmodum quidem uobis:qui
de me eſtis optime meriti gratiã referam:quam quemadmodum inimicorum iniurias:crudelitatemq;
perſequar:& enim ulciſcẽde iniuriæ facilior ratio eſt quam beneficii remunerãdi:propterea q ſuperiorẽ
eſſe cõtra iprobos minus ẽ negocii:q̃ bonis exæquari.Tũ ẽt nec tam neceſſariũ qdẽ ẽ:male meritis referre
qd debeas:q̃ ut benemeritos colas:odiũ uel ꝑcibus mitigari põt:uel tẽporibus:& reip.cõmuniq; utilitate
depõi:uel difficultate ulciſcẽdi teneri:uel uetuſtate ſedari benemeritos qn colas:nec exorari fas ẽ:neq; id
reip.ẽ repetere ut utiq; neceſſa ẽ neq; ẽ excuſatio difficultatis:neq; æquũ eſt tpe & die memoriã beneficii
diffinire poſtremo q in ulciſcẽdo remiſſior:fuit:mox aperte laudat:at grauiſſime uituperat qui i tãtis be
neficiis quãta uos in me cõtuliſti remunerãdis:ẽ tardior:neq; ſolũ ingratus qd ipſum graue eſt uerũetiã
ĩmpius appellet:neceſſe eſt.Atq; i officio perſoluẽdo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt:propterea q pe
cuniam qui retinet:non diſſoluit qui reddidit non habet gratiam & qui retulit habet:& qui habet diſſol
uit.Qua propter memoriã ueſtri beneficii colam beniuolentia ſempiterna:nõ modo dum anima exupe
rabo mea:ſed etiam cum mortuo monumẽta i me ueſtri beneficii permanebũt.In referẽda aũt grã hoc
uobis repromitto:ſempq; ꝑſtabo mihi neq; in cõſiliis de Repu.capiũdis diligẽtiam neq; ĩ piculis a repu.
propulſandis animum:neq; ĩ ſententia ſimpliciter referenda fide neq; in hominum uolũtatibus ꝑ reip.
lædendis libertatem:nec ĩ perferendo labore induſtriam:nec in ueſtris cõmodis augẽdis gratiam animi
beniuolentiam defuturam:atq; hæc cura Quirites erit infixã animo meo ſempiterna:ut cum uobis qui
apud me deorum immortalium uim & numẽ tenetis:cum poſteris ueſtris cũctiſq; gẽtibus digniſſimis
ea ciuitate uideat:quæ ſuam dignitatẽ non poſſe tenere ſe:niſi me recuperaſſet:cũctis ſuffragiis indicauit.

M.T.C.Q VA SENATVI CRATIAS AGIT POST REDITVM SVVM:ORATIO.

SI PARTES Cóſcripti ꝑ ueſtris immortalibus in me fratréque meum liberoſque noſtros
meritis parū uobis cumulate gratias egero:quæſo obteſtorque ne meæ naturæ potiuſquã
magnitudini ueſtroꝝ beneficiorū id tribuēdū puteris.Quæ enim tanta poteſt exiſtere hu/
bertas ingenii?Quæ tanta dicendi copia?Quod tã diuinū atque incredibile genus oratio/
nis?Quo quiſquam poſſit ueſtra in nos uniuerſa promerita non dicá cóplecti orádo.Sed
pcenſere numerádo?Qui mihi fratrē optatiſſimū:me fratri amátiſſimo:liberis nřis paren
tes nobis liberos.Qui dignitatem:qui ordinēq fortunas:qui ampliſſimam rempubli.Qui patriam.qua
nihil poteſt eſſe iucūdius qui denique noſmetipſos nobis reddidiſtis:ꝙ ſi parētes cariſſimos habere de-
bemus:ꝙ ab his nobis uita patrimoniū libertas:ciuitas tradita eſt ſi deos immortales quorum beneficio
& hæc tenuimus:& cæteris rebus aucti ſumus ſi Popu.Roma.cuius honoribus in ampliſſimo conſilio
& in altiſſimo gradu dignitatis:atque in hac omnium terrarum arce collocati ſumus:ſi hūc ipſum ordi/
nem a quo ſæpe magnificētiſſimis decretis ſumus honeſtati:immenſum quiddam & iſinitum eſt quod
nobis debeamus:qui ueſtro ſingulari ſtudio atque conſenſu parentū beneficia:deorum immortalium
munera populi romani honores ueſtra de me multa iudicia nobis:uno tēpore omnia reddidiſtis:ut cū
nobis multa:magna populo romano:innumerabilia parentibus:omnia diis imortalibus debeāus.Hæc
antea ſingula per illos habuimus:Nunc uniuerſa ꝑ uos recuperauimus.Itaq patres.con.quod ne optan
dū quidem eſt homini immortalitatem quandam per uos adepti eſſe uidemur:quod enim tempus erit
unquam quo ueſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriat?Qui illo ipſo tempore:cum uis
ferro:metu minis obſeſſi teneremini:non multo poſt diſceſſum meū me uniuerſi reuocauiſtis.Referen
te.L.Mummio fortiſſimo atq optimo uiro quem habuit ille peſtifer annus & maxime fidelem:& mini
me timidum & ſi dimicare placuiſſet defenſorē ſalutis meæ.Poſteaq̃ uobis ptás decernendi nó ē ꝑmiſſa.
ꝑ eū Tri ple:q cū ꝑ ſe rēp.lacerare nó poſſet:ſub alio ſcelere deleuit:nūq̃ de me ſiluiſtis:nóñ̄q̃ meá ſalu/
tē ab his cóſulibus q̄ uēdiderát flagitauiſtis.Itaq ueſtro ſtudio atq auctoritate perfectū ē:ut ille ipſe annus
quæ ego mihi quá patriæ maluerá eſſe fatalē hos tribunos haberet:q ꝑmulgarēt de ſalute mea:& ad uos
ſæpenumero referrēt.Ná cóſules modeſti legūq metuētes impediebátur lege:non ea quæ de me:ſed ea
quæ de ipſis lata erat:cū meus inimicus ꝑmulgauit:ut ſi reuixiſſent hi q hæc pene delerūt tū ego rediren
Quo facto utrunq cóſeſſus ē & ſe illorū uitá deſiderare:& magno in periculo remp.futurá eſſe:ſi aut ho/
ſtes aut iterfectores reip.reuixiſſent:aut ego nó reuertiſſem Itaq illo tū ipſo anno:cū ego cecidiſſem:pri/
ceps aūt ciuitatis nō legū præſidio:ſed parietū uitá ſuá tueretur:reſp.ſine conſulibus eſſet:neq ſolū parēti/
bus perpetuis:uerū etiá tutoribus annuis eſſet orbata:ſententias dicere prohiberemini.Cūq caput meæ
proſcriptióis recitaretur:nunq̃ dubitaſtis ſalutem meá cū cómuni ſalute cóiūgere.Poſtea uero cū ſingula/
ri & præſtátiſſima uirtute.P.Lentuli conſulis ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucē in rēp.calē.Ianua
ris deſpicere cœpiſtis:cū uirtute:gloriá rebus geſtis.Cn.Pōpeius oium gentium:olum ſæculorū:oīs me
moriæ facile princeps:tuto ſe uenire in ſenatū arbitraret.Cū.Qu.Metelli nobiliſſimi hois atq optimi ui
ri ſumma dignitas:cū ꝑtorū tribunorū.pl.pene oium uirtus & fides reipu.ſubueniſſet.Tantus ueſter con/
ſenſus de ſalute mea fuit:ut licet corpus abeſſet meū dignitas iá i patriá reuertiſſet.Quo quidem mēſe qd
inter me & meos inimicos intereſſet:exiſtimare potuiſtis.Ego meá ſalutē deſerui.ne ꝑpter me ciuiū uul
neribus reſpu.cruentaret.Illi meū reditū:nó Po.Ro.ſuffragiis:ſed flumine ſanguinis intercludēdū puta
uerūt.Itaq poſtea nihil uos ciuibus:nihil ſociis:nihil regibus reſpódiſtis:nihil iudices ſētētiis:nihil popul᷒
ſuffragiis:nihil hic ordo auctoritate declarauit.Mutū forū:elinguē curiá tacitá & fractá ciuitatē uidebatis.
Quo quidē tēpore cū is exceſſiſſet:qui cædi & flámæ uobis auctoribus reſtiterat cū ferro & facibus homi/
nes tota urbe uolútates:magiſtratuū tecta oppugnata:deorū templa iſlammata:ſummi uiri & clariſſimi
cóſulis faſces fractos fortiſſimi atq optimi uiri tribuni plæbis ſanctiſſimū corpus nō ſolū tectum atq uio
latum manu ſed uulneratū ferro cóſectūq uidiſtis.Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus partim me
tu mortis partim:deſpatione reipu.paululū a mea cá receſſerunt.Reliqui fuerūt quos neq terror:nec uis:
nec ſpes nec met᷒:nec ꝑmiſſa:nec minæ nec tela:nec faces a ueſtra auctoritate:a Po.Ro.dignitate:a mea
ſalute depellerent:priceps.P.Lentulus parēs ac deus noſtræ uitæ:fortunæ:mēoriæ nominis hoc ſpecimē
uirtutis hoc iudiciū ai:hoc lumē cóſulatus ſui fore putauit.Si me mihi:ſi meis:ſi uobis:ſi reip.reddidiſſet
Qui ut eſt deſignatus:nunq̃ dubitauit ſnſam de ſalute mea & de repu.dignā dicere.cū a tribūis plæbis ue/
taretur:cum preclarum caput recitaretur:ne qs ad uos referret:ne qs decerneret:nec diſputaret:ne loq̄re
tur:ne pedibus iret:ne ſcribendo adeſſet:totá illam cauſam ut ante dixi:pſcriptionē nó legē putauit:qua
ciuis optime de repu.meritus nomiatim ſine iudicio una cū Senatu reip.eſſet ereptus Vt uero iniit magi
ſtratū:non dicam qd egerit prius:ſed qd oino egit:aliud niſi ut me conſeruato ueſtrá i poſterum dignita
tem aucturitatēq ſanciret.dii imortales q̄ntū beneficium mihi dediſſe uidemini:ꝙ hoc anno.P.Lentu
lus ꝑſuit:quo q̄to magis dediſſetis:ſi ſuperiore anno fuiſſet?Nec.n.eguiſſem medicina cóſulari:niſi cóſu/
lari uulnere cócidiſſem.Audierá ex ſapientiſſimo homine atq optimo ciue & uiro.Q.Catullo nó ſæpe
unum cóſulē improbū:duos uero nunq̃ excepto illo Ceſonino tpe fuiſſe.Quare meá cám ſemp fore fir
miſſimá dicere ſolebá:dū uel unus i rep.eſſet cóſul.Quod uero dixerat ſi illud de duob᷒ cóſulib᷒ ꝙ ante
in rep.nó fuerat perenne ac propriū manere potuiſſet.Quod ſi Qu.Metellus illo tēpore cóſul fuiſſet:uni/
cus dubitatis quo animo fuerit in me cóſeruádo futurus:cū in reſtituēdo auctorē fuiſſe aſcriptorēq uidea
tis.Sed fuerūt duo cóſules:quoꝝ mentes anguſtæ humiles:prauæ.oppletæ tenebris ac ſordibus nomen

rũt:quoꝝ principes ad cohortandos uos & rogãdos fuit. Cn. pom. uir omnium q ſunt fuerunt erũt uirtu
te ſapiẽtia:ac gloria princeps q mihi unus uni priuato amico omnia eadẽ dedit:quæ uniuerſe Reipubli.
ſalutem ocium dignitatẽ affereabãt:cuius oraito fuit:quẽadmodũ accepi tripartita uos ita primũ docuit
meis conſiliis remp. eſſe ſeruatam:cauſamq; meã cũ communi ſalute coniuuxit hortatuſq; ẽ ut auctorita
tem Senatus ſtatim ciuitatis:fortũas ciuis benemeriti defenderetis tum in perorando:poſuit:uos rogari
a ſenatu:rogari ab equitibus:rogari ab italia cuncta:deinde ipſe ad extremum ꝓ mea uos ſalute nõ roga
uit ſolũ uerumetiam obſecrauit. Huic ego homini qrites tãtum debeo quãtum hominẽ homini debere
uix fas ẽ:huius conſilia. P. Lentuli ſententiã:Sẽatus auctoritatem uos ſecuti. in eo loco in quo ueſtris be
neficiis fuerã iiſdẽ centuris qbus collocaratis repoſuiſtis. Eodem tẽpore audiuiſtis eodẽ ex loco ſũmos:
uiros ornatiſſimos atque ampliſſimos homines principes ciuitatis omnes cõſulares:omnes ꝑtores ea
dẽ dicere:ut omniũ teſtimonio ꝑ me unum rempu. conſeruatam eẽ conſtaret. Itaq; cum. p. Seruilius gra
uiſſimus uir & ornatiſſimus ciuis dixiſſet opa mea Rempu. incolumen:magiſtratibus deinceps traditã:
dixerunt in eandem ſententiam cæteri. Sed audiſtis eo tempore clariſſimi uiri non ſolũ auctoritatẽ:ſed
etiã teſtimonium Lucii Gelli:qui qa ſuam claſſem attentatã magno cum ſuo periculo pene ſenſit:dixit i
cõcione:uerum ſi ego conſul ſicut fui non fuiſſem Rempu. funditus interituram fuiſſe. En ego tot teſti
moniis. Quirites:hac auctoritate Senatus tãta conſenſione Italiæ tanto ſtudio bonorum omniũ:agẽte
p. Lentulo conſentibus cæteris magiſtratibus:deprecante. Cn. pom. hominibus omnibus fauentibꝰ
diis denique immortalibus frugum ubertate:copia utilitate reditũ meum cõprobantibus mihi meis
Reipublicæ reſtitutus tantum uobis quantum facere poſſum Quirites pollicebor:primum qua ſanctiſſi
mi homines pietate erga deos imortales eſſe ſoleant:me eandem erga Populũ Roma. ſempq; fore. Nu
menque ueſtrum æque mihi graue & ſanctum ac deorum immortalium i omni uita futurũ. Deide quo
niã me in ciuitate reſpu. ipſa reduxit:nullo me loco Reip. defuturum. Quod ſi quis exiſtimat me aut uo
luntate eſſe mutata:aut debilitata uirtute:aut animo fracto:uehementer errat. Mihi quod potuit uis & in
iuria & ſceleratorum hominum furor detrahere:eripuit:abſtulit:diſſipauit:quod uiro forti adimi nõ po
teſt id mihi manet & permanebit. Vidi ego fortiſſimum uirum municipem meum. C. Mariũ quoniam
uobis aliqua fatali neceſſitate non ſolum cum his qui hoc imperium delere uoluiſſent. Sed etiã cũ fortu
na belligerandum:fuit eum tamen uidi cum eſſet ſumma ſenectute:non modo non infracto animo ꝓ
pter magnitudinem calamitatis. Sed cõfirmato atque renouato:quem egomet dicere audiui tũ ſe fuiſſe
miſerum cũ careret patria:quam obſidione liberaſſet:& cum ſua bona poſſideri ab inimicis ac diripi au
diret cũ adoleſcẽtem filium uideret:eiuſdem ſocium calamitatis cum in paludibus demerſus cõcurſu ac
miſericordia Miturnenſium corpus ac uitam ſuam conſeruarit cum parua nauicula traiectus in Africã
qbus regna ipſe dederat ad eos ſupplex inopſque ueniſſet:recuperata uero ſua dignitate ſe non cõmiſſu
rum:ut ea quæ amiſerat:ſibi reſtituta eſſent:uirtutem animi non haberet:quam nunquam ꝑdidiſſet Sed
hoc inter me atque illũ intereſt:quod ille quare plurimum potuit:ea ipſa re inimicos ſuos ultus ẽ armis.
Ego qua cõſueui:utar pietate:quoniam illi arti in bello:ac ſeditione locus eſt. Huic in pace atque ocio q̃
ille animo irato nihil niſi de inimicis ulciſcendis agebat. Ego de ipſis inimicis tãtum quãtum mihi reſp.
permittet cogitabo deinde Quirites:quoniam me quattuor omnino genera hominũ uiolarunt. Vnum
eorũ qui odio reſp. quod eam ipſis conuictis conſeruaram:mihi inimiciſſimi fuerunt. Alterũ q per ſimu
lationẽ amicitiæ nephariæ me prodiderunt. Tertiũ qui cũ propter inertiã ſuam eadẽ aſſequi non poſſent
Inuiderent laudi & dignitati meæ. Quartũ q cũ cuſtodes Reipu. eẽ debuerunt:ſalutem meam ſtatũ ciui
tatis:dignitatẽ eius imperii:ꝙ erat penes ipſos uendiderunt:ſic ulciſcar facinora ſingula:quemadmodũ a
quibuſque ſum prouocatus:malos ciues rempu. bene gerẽdo:perfidos amicos nihil credendo:atq; om
nia cauẽdo. Inuidos uirtuti & gloriæ ſeruiẽdo. Mercatores prouinciarum reuocando domum atque ab
his prouinciarum rationẽ repetendo:quãquam mihi maiori curæ quemadmodum quidem uobis:qui
de me eſtis optime meriti gratiã referam:quam quemadmodum inimicorum iniurias:crudelitatemq;
perſequar:& enim ulciſcẽde iniuriæ facilior ratio eſt quam beneficii remunerãdi:propterea ꝙ ſuperiorẽ
eſſe cõtra iprobos minus ẽ negocii:q̃ bonis exæquari. Tũ ẽt nec tam neceſſariũ qdẽ ẽ:male meritis referre
qd debeas:q̃ ut benemeritos colas:odiũ uel ꝑcibus mitigari põt:uel tẽporibus:& reip. cõmuniq; utilitate
depõi:uel difficultate ulciſcẽdi teneri:uel uetuſtate ſedari benemeritos qn colas:nec exorari fas ẽ:neq; id
reip. ẽ repetere ut utiq; neceſſa ẽ neq; ẽ excuſatio difficultatis:neq; æquũ eſt tpe & die memoriã beneficii
diffinire poſtremo q in ulciſcẽdo remiſſior:fuit:mox aperte laudat̃:at grauiſſime uituperat̃ qui i tãtis be
neficiis quãta uos in me cõtuliſti remunerãdis:ẽ tardior:neq; ſolũ ingratus qꝺ ipſum graue eſt uerũetiã
impius appellet̃:neceſſe eſt. Atq; i officio perſoluẽdo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt:propterea ꝙ pe
cuniam qui retinet:non diſſoluit qui reddidit non habet gratiam & qui retulit habet:& qui habet diſſol
uit. Qua propter memoriã ueſtri beneficii colam beniuolentia ſempiterna:nõ modo dum anima exupe
rabo mea:ſed etiam cum mortuo monumẽta i me ueſtri beneficii permanebũt. In referẽda aũt grã hoc
uobis repromitto:ſempq; ꝑſtabo mihi neq; in cõſiliis de Repu. capiũdis diligẽtiam neq; i pԑiculis a repu.
propulſandis animum:neq; i ſententia ſimpliciter referenda fide neq; in hominum uolũtatibus ꝓ reip.
lædendis libertatem:nec i perferendo labore induſtriam:nec in ueſtris cõmodis augẽdis gratiam animi
beniuolentiam defuturam:atq; hæc cura Quirites erit infixã animo meo ſempiterna:ut cum uobis qui
apud me deorum immortalium uim & numẽ tenetis:cum poſteris ueſtris cũctiſq; gẽtibus digniſſimis
ea ciuitate uideat. quæ ſuam dignitatẽ non poſſe tenere ſe:niſi me recuperaſſet:cũctis ſuffragiis indicauit.

M.T.C.Q VA SENATVI CRATIAS AGIT POST REDITVM SVVM:ORATIO.

I PARTES Cōſcripti ꝓ ueſtris immortalibus in me fratréque meum liberoſque noſtros meritis parū uobis cumulate gratias egero:quæſo obteſtorque ne meæ naturæ potiuſquā magnitudini ueſtroꝝ beneficiorū id tribuēdū putetis.Quæ enim tanta poteſt exiſtere ubertas ingenii?Quæ tanta dicendi copia?Quod tā diuinū atque incredibile genus orationis?Quo quiſquam poſſit ueſtra in nos uniuerſa promerita non dicā cōplecti orādo.Sed percenſere numerādo?Qui mihi fratrē optatiſſimū:me fratri amātiſſimo:liberis nr̄is parentes nobis liberos.Qui dignitatem:qui ordinē:q fortunas:qui ampliſſimam rempubli.Qui patriam.qua nihil poteſt eſſe iucūdius qui denique noſmetipſos nobis reddidiſtis:ꝙ ſi parētes cariſſimos habere debemus:ꝙ ab his nobis uita patrimoniū:libertas:ciuitas tradita eſt ſi deos immortales quorum beneficio & hæc tenuimus:& cæteris rebus aucti ſumus ſi Popu.Roma.cuius honoribus in ampliſſimo couſilio: & in altiſſimo gradu dignitatis:atque in hac omnium terrarum arce collocati ſumus:ſi hūc ipſum ordinem a quo ſæpe magnificētiſſimis decretis ſumus honeſtati:immenſum qniddam & īfinitum eſt quod uobis debeamus:qui ueſtro ſingulari ſtudio atque conſenſu parentū beneficia:deorum immortalium munera populi romani honores ueſtra de me multa iudicia nobis:uno tēpore omnia reddidiſtis:ut cū nobis multa:magna populo romano:innumerabilia parentibus:omnia diis īmortalibus debeāus.Hæc antea ſingula per illos habuimus:Nunc uniuerſa ꝑ uos recuperauimus.Itaq; patres.con.quod ne optandū quidem eſt homini immortalitatem quandam per uos adepti eſſe uidemur:quod enim tempus erit unquam quo ueſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatꝰ?Qui illo ipſo tempore:cum uis ferro:metu minis obſeſſi teneremini:non multo poſt diſceſſum meū me uniuerſi reuocauiſtis.Referente.L.Mummio fortiſſimo atq; optimo uiro quem habuit ille peſtifer annus & maxime fidelem:& minime timidum & ſi dimicare placuiſſet defenſorē ſalutis meæ.Poſteaq̄ uobis ptās decernendi nō ē pmiſſa.p eū Tri ple:q cū p ſe rēp.lacerare nō poſſet:ſub alicō ſcelere deleuit:nūq̄ de me ſiluiſtis:nō nūq̄ meā ſalutē ab his cōſulibus q uēdiderāt flagitauiſtis.Itaq; ueſtro ſtudio atq; auctoritate perfectū ē:ut ille ipſe annus quē ego mihi quā patriæ maluerā eſſe fatalē hos tribunos haberet:q ꝓmulgarēt de ſalute mea:& ad uos ſæpenumero referrēt.Nā cōſules modeſti legūq; metuētes impediebātur lege:non ea quæ de me:ſed ea quæ de ipſis lata erat:cū meus inimicus ꝓmulgauit:ut ſi reuixiſſent hi q hæc pene delerūt tū ego rediren Quo facto utrunq; cōfeſſus ē & ſe illorū uitā deſiderare:& magno in periculo remp.futurā eſſe ſi aut hoſtes aut iterfectores reip.reuixiſſent:aut ego nō reuertiſſem itaq; illo tū ipſo anno:cū ego cecidiſſem:priceps aūt ciuitatis nō legū præſidio:ſed parietū uitā ſuā tueretur:reſp.ſine conſulibus eſſet:neq; ſolū parētibus perpetuis:uerū etiā tutoribus annuis eſſet orbata:ſententias dicere prohiberemini.Cūq; caput meæ proſcriptiōis recitaretur:nūq̄ dubitaſtis ſalutem meā cū cōmuni ſalute cōiūgere.Poſtea uero cū ſingulari & præſtātiſſima uirtute.P.Lentuli conſulis ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucē in rēp.calē.Ianuanis deſpicere cœpiſtis:cū uirtute:gloriā rebus geſtis.Cn.Pōpeius oīum gentium oīum ſæculorū:oīs memoriæ facile princeps:tuto ſe uenire in ſenatū arbitraretꝰ.Cū.Qu.Metelli nobiliſſimi hoīs atq; optimi uiri ſumma dignitas:cū ꝓtorū tribunorū.pl.pene oīum uirtus & fides reipu.ſubueniſſet.Tantus ueſter conſenſus de ſalute mea fuit:ut licet corpus abeſſet meū dignitas iā ī patriā reuertiſſet.Quo quidem mēſe qd inter me & meos inimicos intereſſet:exiſtimare potuiſtis.Ego meā ſalutē deſerui.ne ꝓpter me ciuiū uulneribus reſpu.cruentaretꝰ.Illi meū reditū:nō Po.Ro.ſuffragiis:ſed flumine ſanguinis intercludēdū putauerūt.Itaq; poſtea nihil nos ciuibus:nihil ſociis:nihil regibus reſpōdiſtis:nihil iudices ſētētiis:nihil populꝰ ſuffragiis:nihil hic ordo auctoritate declarauit.Mutū ſoꝝ:elinguē curiā tacitā & fractā ciuitatē uidebatis.Quo quidē tēpore cū is exceſſiſſet:qui cædi & flāmæ uobis auctoribus reſtiterat cū ferro & facibus homines tota urbe uolūtates:magiſtratuū tecta oppugnata:deorū templa iflammata:ſummi uiri & clariſſimi cōſulis faſces fractos fortiſſimi atq; optimi uiri tribuni plæbis ſanctiſſimū corpus nō ſolū tectum atq; uiolatum manu ſed uulneratū ferro cōfectūq; uidiſtis.Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus partim metu mortis partim:deſpatione reipu.paululū a mea cā receſſerunt.Reliqui fuerūt quos neq; terror:nec uis:nec ſpes nec metꝰ:nec ꝓmiſſa:nec minæ nec tela:nec faces a ueſtra auctoritate:a Po.Ro.dignitate:a mea ſalute depellerent:priceps.P.Lentulus parēs ac deus noſtræ uitæ:fortunæ:mēoriæ nominis hoc ſpecimē uirtutis hoc iudiciū aīi:hoc lumē cōſulatus ſui fore putauit.Si me mihi:ſi meis:ſi uobis:ſi reip.reddidiſſet Qui ut eſt deſignatus:nnnq̄ dubitauit ſnſam de ſalute mea & de repu.dignā dicere.cū a tribūis plæbis ueraretur:cum præclarum caput recitaretur:ne qs ad uos referret:ne qs decerneret:nec diſputaret:ne loqretur:ne pedibus iret:ne ſcribendo adeſſet:totā illam cauſam ut ante dixi:ꝓſcriptionē nō legē putauit:qua ciuis optime de repu.meritus nomīatim ſine iudicio una cū Senatu reip.eſſet ereptus Vt uero iniit magiſtratū:non dicam qd egerit prius:ſed qd oīno egit:aliud niſi ut me conſeruato ueſtrā i poſterum dignitatem aucturitatēq; ſanciret.dii imortales q̄tum beneficium mihi dediſſe uidemini:ꝙ hoc anno.P.Lentulus ꝓſuit:quo q̄to magis dediſſetis:ſi ſuperiore anno fuiſſet?Nec.n.eguiſſem medicina cōſulari:niſi cōſulari uulnere cōcidiſſem.Audierā ex ſapientiſſimo homine atq; optimo ciue & uiro.Q.Catullo nō ſæpe unum cōſulē improbū:duos uero nunq̄ excepto illo Ceſonino īpe fuiſſe.Quare meā cām ſemp fore firmiſſimā dicere ſolebā:dū uel unus ī rep.eſſet cōſul.Quod uero dixerat ſi illud de duobꝰ cōſulibꝰ ꝙ ante in rep.nō fuerat perenne ac propriū manere potuiſſet.Quod ſi Qu.Metellus illo tēpore cōſul fuiſſet:uniꝰ dubitatis quo animo fuerit in me cōſeruādo futurus:cū in reſtituēdo auctorē fuiſſe aſcriptorēq; uideatis.Sed fuerūt duo cōſules:quoꝝ mentes anguſtæ humiles:prauæ.oppletæ tenebris ac ſordibus nomen

ipſm cõſulatus ſplendorē illius honoris:magnitudinē tanti īperii nec intueri.nec ſuſtinere:nec capere po
tuerūt:nō cõſules:ſed mercatores prouinciarū:ac uenditores ueſtræ dignitatis:quorū alter a me Catilinā
amatorē ſuum multis audiētibus alter Cethegū cõſobrinū ſnū repoſcebat:qui me duo ſceleratiſſime poſt
hoīum memoriā nō cõſules:ſed latrones nō modo deſeruerūt in cauſa præſertim publica & cõſulari:ſed
prodiderūt:oppugnauerūt:omni auxilio nō ſolū ſuo ſed etiam ueſtro:cæterorūq; ordinū ſpoliatum eſſe
uoluerunt.Quorū alter tamē nec me nec quemq̄ fefelit.Quis.n.ullā ulli⁹ boni ſpem haberet i eo cuius pri
mū tēpus ætatis palā fuiſſet ad oēs libidines.diuulgatū:qui ne a ſanctiſſima qdē parte corporis potuiſſet
hominū impurā itemperantiā propulſare.Qui cū ſuā rem nō min⁹ ſtrenue q̄ poſtea publicā cõfeciſſe ego
ſtatē & luxuriā domeſtico lenocinio ſuſtentauit.Qui niſi in aram tribunat⁹ cõfugiſſet:neq; uim pretoris.
nec multitudinē creditorū:nec bonorū proſcriptionē effugere potuiſſet.Qui i magiſtratu niſi rogationē
de piratico bello tuliſſet:profecto & egeſtate & improbitate coactus piraticā ipſe feciſſet:ac minore quidē
reip.detrimētoq; ꝙ intra mœnia nepharius hoſtis prædoq; uerſat⁹ eſt:quo inſpectāte ac ſedēte legē trib.
plæbis tulit:ne auſpiciis obtemperaretur:ne obnūciare cõcilio aut cõitiis ne legi intercedeř liceret:ut lex
ælia ac fuſia ne ualerent:quæ noſtri maiores certiſſima reip.ſubſidia cõtra tribūitios furores eē uoluerūt:
Idemq;:poſtea cū innumerabilis multitudo bonorū de capitolio ſupplex ad eū ſordidata uēiſſet:cūq; ado
leſcentes nobiliſſimi cunctiq; equites Romani ſe ad lenonis īpudētiſſimi pedes abieciſſent:quo uultu ii
cincinatus ganeo nō ſolū ciuiū lachrymas:uerumetiā patriæ præces repudiauit.Neq; eo cõtētus fuit:ſed
etiā in concionē aſcendit:eaq; dixit quæ ſi eius uir Catilina reuixiſſet:dicere nō eſſet auſus ſe nõis decēb.
quæ me cõſule fuiſſent diui Capitolini pœnas ab equitibus rōanis eſſe repetiturū.Neq; ſolū id dixit:ſed
quos ei cõmodū fuit:cõpellauit.Luciū uero equitē romanū iam præſtāti dignitate hominē:& ſaluti meæ
pro familiaritate reipu.pro fortunis ſuis amiciſſimū:cõſul imperioſis exire urbe iuſſit:& cū uos ueſte mu
tandam cēſuiſſetis:cunctiq; mutaſſetis atq; idem boni omnes iam ante feciſſent.Ille unguētis oblitus cū
toga prætexta quā omnes prætoresq; ædileſq; tum abiecerant:irriſit ſqualorem neſtrū:& luctum gratiſſi
mæ ciuitatis:feciq; quod nemo unquā tyrānus:ut quo minus occulte ueſtrū malū gemeretis:nihil dice
ret:ne āperte incommoda:patriæ lugeretis ediceret.Cum uero in circo flaminio nō a tribuno pleb.cõſul
in concionem:ſed a latrone archipiracta productus eſſet:primū ꝓceſſit qua auctoritate uir:uini:ſomni:
ſtupri:plenus:madenti coma:cõpoſito capillo:grauibus oculis:fluētibus buccis:preſſa uoce:& temulētus:
ꝙ in ciues indemnatos eſſet animaduerſum:id ſibi dixit grauis auctor uehemētiſſime diſplicere.Vbi no
bis:hæc auctoritas tam diu tanta latuit:cur in luſtris & eleuationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam exi
mia uirtus iam diu:ceſſauit:Nam ille alter Ceſonius Caluētius ab adoleſcentia uerſatus eſt in foro:cū eū
præter ſimulatam irritamq; triſtititiā nulla res cõmendaret:non conſulis ſtudiū:nō diſcendi initia rei mi
litaris:non cognoſcēdorum hoīum:non liberalitas quem prætereiens cū incultū horridum mæſtumq;
uidiſſes:etiam ſi agreſtem & inhumanū exiſtimares:tamē libidinoſum & perditū nō dubitares cum hoc
homine aut cū ſtipite æthiope:ſi in foro cõſtituiſſes:nihil crederes īntereſſe:ſine ſenſu:ſine ſapore.Elinguē
tardū:inhumanū negocium.Cappadocē modo abreptum de grege uenalium diceres.Idē domi q̄ libi
dinoſus q̄ impurus q̄ intemperatus:nō ianuare corporis:ſed porro intermiſſis uoluptatibus.Cū uero litte
ris ſtudere incipit.Et helluo immanis cū græculis philiſophari tum eſt epicureus:nō pēitus illi diſciplinæ
quæcunq; eſt deditus:ſed captus uno uerbo uoluptatis.Habet autē magiſtros nō ex iſtis ineptis:q dies to
tos de officio & de uirtute diſſerūt qui ad laborem ad induſtriam:ad pericula pro patria ſubeūda adhor
tant̃.Sed eos qui diſputant horā nullā uacuā uoluptate eſſe debere:in omni parte corporis ſemper opor
tere aliquod gaudium delectationemq; uerſari:his utit̃ quaſi præfectis libidinū ſuarū:hi uoluptates om
nes ueſtigant atq; adorant.Hi ſunt conditores inſtructoreſq; conuiuii:idem expendūt atq; eſtimant:uo
luptates ſentētiamq; dicunt:& iudicant quantū cuiq; libidini tribuendū eſſe uideat̃.Horum ille artibus
eruditus ita contēpſit hanc prudētiſſimā ciuitatem:ut omnes ſuas libidines:omnia flagitia latere poſſe ar
bitraret̃:ſi modo uultū importunum in forum detuliſſet.Is me quāquā equidem non cognouerā eū ꝓ
pter Piſonum affinitatē:quā longe hic ab hoc genere cognitio materna trāſalpini ſanguinis abſtuliſſet.
Sed uos populoq; Romano nō cõſilio neq; eloquentia:quod in multis ſæpe accidit:ſed rugis ſupeciliq;
decepit.L.Piſo tu ne es auſus iſto oculo non dicā iſto animo iſta fronte nō uita tanto ſupercilio:non enī
poſſem dicere tātis geſtis cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ:nō te illius unguentorum odor
non uini anhelitus:non frons calamiſtri intorta ueſtigiis in eam cognitionem adducebat:ut cū illius re
ſimilis:fuiſſes:frōtis tibi i tegumēto ad occultāda tāta flagitia diutius uti non liceret:cū hoc coire auſus es
ut cõſularē dignitatē:ut reip.ſtatum:ut Senatus auctoritatē:ut ciuis optime meriti fortunas ꝓuinciarum
fœdere addiceres.Te cõſule tuis edictis & imperiis Sēatui Popu.q; Roma.nō eſt licitum non modo ſen
tentiis atq; auctoritate ſua:ſed ne luctu qdē ac ueſtitu reipublicæ ſubuenire.Capuæ ne te putabas:in qua
urbe domiciliū quondā ſuperbiæ fuit:cõſulem eē:ſicut eras eo tpe:an Romæ in qua ciuitate omnes ante
uos cõſules Senatui paruerunt:Tu es auſus in circo flāminio productus cum tuo illo pari dicere te ſem
per miſericordem fuiſſe:quo uerbo ſenatū atq; omnes bonos cum a patria peſtem expellerēt:crudeles
demonſtrabas fuiſſe.Tu miſericors:me affinem tuum:quē comitiis prærogatiuæ primū coſtodem præ
feceras:quem calē.Ianuarii tertio loco ſententiam rogabas:cõſtrictum reipu.inimicis tradidiſti.Tu meū
generum propinquum tuum:tu affinem tuam filiam meam ſuperbiſſimis & crudeliſſimis uerbis a ge
nibus tuis reppuliſti.Idemq; tu clementia ac miſericordia ſingulari:cum ego una cū repu.nō tribunitio
ſed conſulari ictu cõcidiſſem:tanto ſcelere tantaq; intemperantia fuiſti:ut ne unam qdem horam inter-

eſſe paterere inter meam peſtem & tuã prædam: ſaltem dum conticeſſeret illa lamentatio & gemitus ur
bis. nondum palam factum erat concidiſſe rempu. cũ tibi arbitria funeris ſoluebantur: uno eodẽq; tem
pore domus mea diripiebatur: ardebat: bona ad uicinum conſulem de palatio: de tuſculano ad item uici
num alterum conſulem deferebantur: cum iiſdem operis ſuffragium ferentibus. eodẽ gladiatore latorẽ
uacuo nõ modo a bonis ſed a liberis atq; inani foro ignaro. Po. Ro. quid agereť Senatu uero oppreſo &
afflicto duobus impiis nephariiſq; conſulibus ærarium: prouinciæ: legiones imperia donabanť: horum
conſulum ruinas uos conſules ueſtra uirtute fulſiſtis: ſummaq; tribunorum plæbis prætorumq; & diligẽ
tia ſubleuati. Quid ego de præſtantiſſimo uiro. T. Annio dicam: aut quis de tali ciue ſatis unquã digne lo
queturť qui cum uideret ſceleratum ciuem aut domeſticum potius hoſtẽ: ſi legibus uti liceret: iudicio eſſe
frangendum: ni ipſa iudicia uis impediret: ac tolleret audaciam uirtute: furorem fortitudine: temeritatẽ
conſilio: manum manu: uim ui eſſe ſuperandem. Primo de ui poſtulauit: poſtea quã ab eodẽ ſublata iudi
cia eſſe uidit: ne ille omnia ui poſſet efficeř curauit. Qui docuit neq; tecta, neq; templa neq; forum: neq; cu
riam ſine uirtute ſumma ac maximis opibus & copiis ab inteſtino latrocinio poſſe defendi: qui prius poſt
meum diſceſſum metum bonis: & audacibus timorem huic ordini: ſeruitutem depulit ciuitati: quã ratio
nem pari uirtute: animo fide. P. Seſti⁹ ſecutus pro mea ſalute: pro ueſtra auctoritate. pro ſtatu ciuitatis nul
las ſibi inimicitias: nullam uim: nullos impetus: nullum uitæ diſcrimen uitandũ unquã putauit: Qui cau
ſam Senatus exagitatam concionibus improborum: ſic ſua diligentia multitudini commẽdauit: ut nihil
tam populare, q̃ ueſtrum nomen: nihil tam omnibus carum aliquando q̃ ueſtra auctoritas uidereť. Qui
me cum omnibus rebus quibus tribunus plebis potuit: defendit: cũ reliquis officiis iuxta ac ſi me⁹ frater
eſſet ſuſtentauit. Cuius ego clientibus: libertis. familia: copiis: litteris ita ſum ſuſtentat⁹: ut meæ calamitatis
non adiutor ſolum uerumetiam ſocius uideretur. Iam cæterorum officia ſtudiaq; uidiſtis. quam cupibus
mei. C. Ceſtilius: q̃ ſtudioſus ueſtri. quam nõ uarius fuerit in cauſať Quid Moſopius: cui ego ipſi parenti
fratriq; eius ſentio quantum debeam: qui cum mea ſententia uoluntas eorũ in priuato iudicio eſſet offen
ſa: publici mei beneficii memoria priuatam offenſiõem obliterauit. Iam. T. Fadius: qui mihi quæſtor fuit.
M. Curius cuius ego patri quæſtor fui: ſtudio: amore: animo huic neceſſitudini nõ defuerũt. Multa de me
C. Meſſinius & amicitiæ & reipubli. cauſa duxit legem ſpatiatim initio de ſalute mea promulgauit. Qu. Fa
britius ſi quæ de me agere conatus eſt. & contra uim & ferrum perficere potuiſſet menſe Ianuarii noſtrũ
ſtatum recuperaſſem. quem ad ſalutem meam uolũtas impulit: uis retardauit: auctoritas ueſtra reuocauit.
Iam uero prætores quo animo in me fuerit: uos exiſtimare potuiſtis: cum. L. Cecilius priuatũ me ſuis om
nibus copiis ſtuduerit ſuſtentare: publice promulgarit de mea ſalute cũ. Collegis pene omnib⁹: direptori
bus autem bonorum meorum in ius adeundi poteſtatem nõ fecerit. M. autem Calidus ſtatim deſignat⁹
ſentẽtia ſua: q̃ eẽt ſibi cara mea ſal⁹: declarauit. Omnia officia. C. Septimii. Qu. Valerii. P. Craſſi: Sex. Quin
tilii. C. Cornuti ſumma & in me & in rempu. conſtiterunt: quæ cum libenter commemorem nõ igratus:
nemo animi gratiarum immemor eſt gratus inuent⁹ nonnullorum in me commiſſa nepharie prætero.
Non eſt mei temporis iniurias meminiſſe: quas ego etiam ſi ulciſci poſſem tamẽ obliuiſci mallẽ. Alio trãſ
ferenda mea tota uita eſt: ut bene de me meritis referam gratiam: cum apertis hoſtib⁹ bellum gerã: timi
dis amicis ignoſcam proditoribus meis non indicem dolorem profectiõis meæ defenſores redit⁹ digni
tate conſoler: q; ſi mihi nullum eſſet officium in omni uita reliquũ: niſi ut erga duces ipſos & pricipes atq;
auctores ſalutis meæ ſatis gratus indicarer tamen exiguum reliquæ uitæ tempus non modo ad referen
dam, uerumetiam ad commemorandum commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quãdo
enim ego huic homini ac liberis eiusť quando omnes mei gratiam referẽtť quæ memoria: quæ uis īgenii
quæ magnitudo obſeruantiæ tot tantiſq; beneficiis reſpondere poteritť qui mihi prim⁹ afflicto & iacẽti cõ
ſularem fidem dexteramq; porrexit: qui me a morte ad uitam a deſperatione ad ſpem: ab exitio ad ſalutẽ
reuocauit quanto amore in me ſtudio in rempu. fuit: ut excogitaret quemadmodum calamitatem meã
non modo leuaret: ſed etiam honeſtaret. Quid enim magnificẽtiusť Quid præclarus mihi accidere potu
it: quam quod illo petente uos decreuiſtis: ut cuncti ex omni Italia qui. Remp. ſaluam uellent: ad me unũ
hominem fractum & prope diſſipatum reſtituendum & defendendũ uenirent: ut qua uoce te Romule
poſt Romam condittam conſul uſus eſſet pro uniuerſa rep. apud eos ſolum q eius uocẽ exaudire poſſet
eadem uoce Senatus omnibus agris atq; oppidis uicis ciues totamq; Italiam ad unius ſalutẽ defendẽdã
excitaret. Quid ergo glorioſus meis poſteris potui relīquere: quam hoc Senatum iudicaſſe. Qui ciuis me
non defendiſſet: eum rempu. ſaluatum noluiſſe. Itaq; tantum ueſtra auctoritas: tantum eximia cõſulis di
gnitas ualuit ut omnis flagitium ſe cõmittere putaret: ſi quis non ueniret Idemq; conſul cum illa incre
dibilis multitudo Romam & pene Italia ipſa uenīſſet: uos frequentiſſimos in Capitoliũ cõuocauit: quo
tempore quantam uim naturæ bonitas haberet: aut uera nobilitas: ītelligere potuiſtis. Nã. Qu. Metellus
& inimicus & frater inimici pſpecta ueſtra uolũtate omnia priuata odia depoſuit: quẽ. P. Seruilius uir cũ
clariſſimus: tum uero optimus mihiq; amiciſſmus: & auctoritatis & orationis ſuæ diuina quadam grauī
tate: ad ſui generis communiſq; ſanguinis facta uirtuteq; reuocauit: ut haberet in cõſilio & fratrem ab in
feris ſocium rerum mearũ: & omnes Metellos præſtantiſſimos ciues pene ex Acheronte excitatos: in q
bus numidicum illum Metellum: cuius quondam de patria diſceſſus honeſtis omnibus luctuoſus tãdẽ
uiſus eſt. Itaq; dimittitur non modo ſalutis defenſor: qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus: ue
rumetiam eſt aſcriptor dignitatis meæ. Quo quidem die cum quadringenti decẽ Senatores eſſetis: ma
giſtratus q omnis adeſſent: diſſenſit unus: qui ſua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat.

Atq; illo die quo rempu.meis conſiliis cōſeruatam grauiſſimis uerbis & plurimis iudicaſſetis: idē cōſul
curauit:ut eadē a principibus ciuitatis i concione poſtero die dicerentur:cum quidē ipſe egit ornatiſſime
cauſam meā:perficitque aſtante atq; audiente. Italia tota ut ulx cuiuſdam conducti atque perditi uocem
acerbam atq; inimicam bonis poſſent audire:ad hæc non modo auxiumētum ſalutis:ſed etiam ornamē
ta dignitatis meæ reliqua uos idem addidiſtis:decreuiſtis ne quis ulla ratione rem impediret:qd impe
diſſet:grauiter moleſteq; laturos:illum contra rempub.ſalutēq; bonorum concordiamq; ciuiū facturum:
& ut ad uos ea ſtatim referentur:neq; etiam ſi diutius:calūniarētur:redire iuſſiſtis. Quid ut audirentur
grate qui e municiplis ueniſſent quid ut ad illā diē res cū rediſſent rogatētui pari ſtudio cōuenirēt. Quid
deniq; illo die quem.P.Lentulus mihi fratriq; meo liberiſq; noſtris natalem conſtituit.nō modo ad no
ſtram:uerūetiam ad ſempiternam memoriam temporis:quo die nos comitiis centuriatis quæ maxime
maiores iuſta dici haberiq; uoluerunt:arceſſiuit in patriam:ut eædem centuriæ quæ me cōſulem fecerant
conſulatū meum comprobarent:quo die quis ciuis fuit:qui non nephas eſſe putaret quacunq; aut ætate
aut ualitudine eſſet:non ſe de ſalute mea ſentētiam ferre:quando tantam frequentiam in Cāpo:tantum
ſplēdorem Italiæ totius:ordinumq; omnium:quādo ulla dignitate tot rogatores:diriuatores cuſtodeſq;
uidiſtis?Itaq;.P.Lentuli beneficio excellenti atq; diuino non ſolum reducti ſumus in patriā:ſicut nōnul
li clariſſimi uiri:ſed equis inſignibus:& curru aurato reportati.Poſſum ego ſatis in.C.Pom.unquam:gra
tus uideri:qui nō ſolum apud uos qui idem ſentiebatis:ſed etiam apud uniuerſum populū ſalutē Popu
li Roma.& conſeruatū per me & coniunctam eſſe cum mea dixerit.Qui cauſam meam prudentibus cō
mendarit.Imperitos edocuerit:eodēq; tempore in probos auctoritate ſua compreſſerit:bonos excitarit.
Qui.Po.Roma.pro me tanquā pro fratre:aut pro parente non ſolum hortatus ſit:ſeꝛumetiam obſecra
rit:qui Ipſe propter metū dimicationis & ſanguinis domo ſe tenere etiam a ſupeꝛiotibus tribūis petierit:
ut de ſalute mea & promulgarent:& referrent qui in colonia nuper conſtituta:cum ipſe gereret magiſtra
tum in qua nemo erat emptus interceſſorum uim & crudelitatē priuilegii auctoritate honeſtiſſimorum
hominum & publicis literis conſignauit.Princepſq; Italiæ totius præſidium ad noſtrā ſalutē imploran
dū putauit.Qui cum ipſe mihi ſemper amiciſſimus fuiſſet:is etiā ut ſuos neceſſarios mihi amicos redderet
elaborauit.Quibus autē officiis beneficia.T.Aunii remunerabor:cuius omnis ratio:cogitatio totus deni
que tribunatus nihil aliud fuit niſi conſtās ꝑpetua:fortis inuicta defenſio ſalutis meæ.Quid de.P.Seſtio
loquar:q ſuam erga me beniuolentiam & fidem nō ſolum animi dolore:ſed etiam corporis uulneribus
oſtendit?Vobis uero.p.con.ſingulis & ægi:& agā gratias uniuerſis.Aegi initio quantum potui:ſatis orna
te agere nullo modo poſſum:& quāq̄ ſunt i me præcipua merita multoꝝ:quæ ſileri nullo modo poſſunt
tamen huius temporis ac timoris mei non eſt conari commemorare beneficia i me ſingulorum.Nā dif
ficile eſt nō aliquod nephas quenq̄ præterire.Ego uos uniuerſos.p.C.deorū numero colere debeo. Sed
ut in ipſis diis immortalibus nō ſemper eoſdem atq; alias alios ſolemus uenerari & præcari ſic i homini
bus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorum i me merita prædicāda atq; recolēda. Hodi
erno autem die nominatim a me magiſtratibus ſtatui gratias eſſe agēdas:& de priuatis uni q pro ſalute
mea municipia coloniaſq; adiiſſet populū ſupplex obſecraſſet:ſententiam:dixiſſet eam quā uos ſecuti mi
hi dignitatem meam reddidiſtis:uos me florētem:ſemper ornaſtis:ſemper laborantem mutatiōe ueſtis
& prope luctu ueſtro quoad licuit defendiſtis.Noſtra memoria Senatores ne in ſuis quidē periculis mu
tare ueſtē ſolebāt.In meo periculo Senatus ueſte mutata fuit quod licuit per eorum edicta:qui mea pe
ricula non modo ſuo præſidio:ſed etiā ueſtra depræcatiōe nudarunt.Quibus ego rebus obiectis cū mi
hi priuato confligēdum uiderem:cum eodem exercitu:quē conſul nō armis ſed ueſtra auctoritate ſupe
ratam multa mecū ipſe reputaui.dixerat in concione conſul ſe cliui capitolini pœnas ab equitibus rōanis
repetiturum:nominatim alii compellabātur:alii citabantur:alii relegabantur aditus templorum erāt nō
ſolū præſidiis & manu:uerumetiam demolitione ſublati.Alter conſul ut me & remp.non modo delere
ret:ſed etiā hoſtibus remp.ꝑderet:pactionibus eos ſuorum præmiorum obligarat. Erat alius ad portas
cū imperio in multos annos magnoq; exercitu:quem mihi inimicum fuiſſe non dico:tacuiſſem cū dice
retur eſſet inimic⁹.Scio duas partes eſſe in repu.cum putaretur altera me depoſcere ꝑpter inimicitias:al
tera timide defendere propter ſuſpicionē cædis ſuſpicabantur. Qui autem me depoſcere uidebantur: ii
huius auxerunt dimicatiōis metum:iq; nonnunquā inficiando ſuſpicionē hominū:curamq; minuerunt:
Quare cum uiderem Senatum dulcibus orbatū:me a magiſtratibus partim oppugnatum:partim prodi
tū:partim derelictum:ſeruos ſimulatione collegiorum nominatim eſſe conſcriptos copias omnis. Ca
tilinæ pene iiſdem ducibus ad ſpem cædis & incendiorum eē reuocatas equites romanos proſcriptiōis:
uaſtitatis:cædis metu eſſe permotos.Potui.P.C.multis auctorib⁹ fortiſſimis:uiris me ui armiſq; defende
re.Nec mihi ille ipſe aius idem meus uobis non incognit⁹ defuit.Sed uidebā ſi uiciſſem præſentē aduer
ſarium:nimium mihi multos alios eſſe uincēdos ſi uictus eſſem:multis bonis & pro me & mecū & poſt
me etiam eſſe pereundū.Tribunitiiq; ſanguinis ultores eſſe præſentis:meæ mortis pœnas iudicio & po
ſteritati reſeruari uolui.Cum cōſul communem ſalutem ſine ferro defendiſſem:meā priuatus armis de
fendere nolui:bonuſq; uiros lugere malui meas fortunas:q̄ ſuis deſperarē.At ſi ſoluis eſſem īterfect⁹:mi-
hi turpe ſi cum multis & reipu.funeſtum fore uidebatur:q; ſi mihi æternā eſſe erumnam propoſitā arbitra
rer:morte me ipſe potius quam ſempiterno dolore mulctaſſem.Sed cum uiderē me nō diutius q̄ ipſam
rēpu.ex hac urbe abfuturum:neq; ego illa exterminata mihi remanendum putaui:& illa ſimulatq; reuo
cata eſt:me ſecum pariter reportauit:mecum leges:mecum quæſtiones:mecum iura magiſtratuū: mecū

Senatus auctoritas:mecum libertas:mecũ etiam frugum ubertas:mecum deorum & hominum ſanctitas oẽs & religiones affuerũt:quæ ſi ſemper abeſſent magis ueſtras fortunas lugerem q̃ deſiderarẽ meas. Sin aliquando reuocarentur:intelligebã mihi cum illis una eſſe redeũdum:cuius mei ſenſus certiſſimus teſtis eſt hic idem:qui cuſtos capitis fuit.Cn.Plantius:q omnibus prouincialibus ornamẽtis cõmodiſq; depoſitis totam ſuam quæſturam in me ſuſtentando & conſeruando collocauit:q ſi mihi quæſtor Imperatori fuiſſet in filii loco fuiſſet.Nuhc certe erit in parentis:cum fuerit quæſtor nõ imperii:ſed doloris mei.Qua propter.P.C.quoniam in rẽpu.ſum pariter cũ repu.reſtitutus nõ modo in ea defendẽda nihil minuam de libertate mea priſtina:ſed etiam ad augebo.Etenim ſi eam tum defendebã cũ aliq̃d mihi illa debebat:quid nunc me facere oportet:cum ego illli plurimum debeã?Nam quid eſt quod animũ meũ frangere aut debilitate poſſit:cuius ipſam calamitatem non modo nullius delicti:ſed etiã in rẽpub.beneficiorum diuinorum teſtem eſſe uideatis.Nam importata eſt:quia defenderã ciuitatum:& mea uoluntate ſuſcepta eſt:ne a me defenſa reſpu.per eundẽ me extremum in diſcrimẽ uocaretur. Pro me nõ ut pro Publio Popilio nobiliſſimo homine adoleſcẽtes filii nõ propiquorum multitudo.Popu.Roma eſt depræcata:non ut pro.Qu.Metello ſũmo & clariſſimo uiro ſpectate iã adoleſcentiæ filius:nõ.L.&.C. Metelli conſulares:nõ eoꝝ liberi:non.Qu.Metellus nepos:q tum cõſularẽ petebat:nõ Luculli:Seruilii:Scipiones:Metellorũ filii flẽtes ac fordidati.Popu.Roma.ſupplicauerũt ſed unus frater q in me pietate filius:cõſiliis parens:amore ut erat frater iuentus eſt ſqualore & lachrymis & quotidianis præcibus:deſiderium mei nominis reuocari & rerum geſtarum memoriam uſurpari coegit. Qui cum ſtatuiſſet niſi p uos me recuperaſſet:eandẽ ſubire fortunã:atq; idem ſibi domicilium & uitæ & mortis depoſceret : tamẽ nunquã nec magnitudinem negocii:nec ſollicitudinem ſuam:nec uim inimicorũ ac tela pertimuit.Alter fuit propugnator mearum fortunarũ & defenſor aſſiduus ſumma uirtute & pietate.C.Piſo generq minas inimicorum meorum:qui inimicitias affinis mei propinqui ſui conſulis qui Pontum & Bithyniam quæſtor pro mea ſalute neglexit.nihil unquam Senatus de.P.Popilio decreuit.Nũquã in hoc ordine; Quin.Metelli mentio facta eſt.Tribunitiis ſunt illi rogationibus interfectis inimicis deniq; nulla auctoritate Senatus reſtitui cũ alter eorum ſenatui paruiſſet:alter uim cædemq; fugiſſet ; Nam,C.quidem marius qui hac hominũ memoria tertius ante me conſularis tempeſtate ciuili expulſus eſt.Non modo a Senatu reſtitutus nõ eſt;ſed reditu ſuo Senatum cunctum pene delerit.Nulla de illis magiſtratuum cõſenſio.Nulla ad rempubli.defendendã Popu.Roma.conuocatio:Nullus Italiæ motus Nulla decreta mũicipiorum & coloniarũ extiterũt.Quare cum me ueſtra auctoritas accerſierit . Popu.Ro.reuocauerit:reſpu.implorauerit.Italia cũcta pene ſuis humeris reportarit.Non committam.P.C.ut cum mihi ſint reſtituta quæ in poteſtate mea non fuerunt.Ea non habeam quæ ipſe præſtare poſſim:præſertum cũ illa amiſſa recuperauerim:uirtutem & fidem nunquam amiſerim.

¶M.T.C.AD EQ VITES ROMANOS PRIDIE Q VAM IRET IN EXILIVM:ORATIO.

SIQ VANDO INIMICORVM IMPETVM PROPVLSARE AC PROPELLERE Cupiſtis:Defendite nũc uniuerſi unũ:Qui ne oẽs cõcideretis ardore flãme mei capitis periculo non dubitaui prouidere.Nã quem uirtutis gloria cũ ſumma laude extulit ad cœlum eundẽ inimicorũ inuidia indigniſſime oppreſſum deprimit ad ſuplicium.Si liberorum concepti dulcedinẽ animo incluſã concipientis.Nolite eo uelle carere. Qui cariſſimã nrãm pcreatiõẽ ſibi eſſe duxit.Eſt eñi liberare officiũ ſerere beneficiũ. Vt metere fructũ Fidei poſſis.Fides cõducit in loco deditum retribuere.Illic enim animi uoluntas propenſa comprobatꝰ: Hic memoria collaudatꝰ.Itaque ſi omnibus graue iugum ſeruitutis eẽ debet in libertate educatis : Sit ueſtris animis acceptiſſimus:Qui a ueſtro corpore iugum acerbiſſimum repppulit ſeruitutis & ſi maiores ueſtri eos imperatores qui Militum uirtute hoſtium fregerunt furorem:iucundiſſimo fructu libertatis reconciliato non ſolum ſtatuis dignos putarunt:Sed etiam æterna triumphi laude decorarunt . Tum uos eum conſulem qui non militum præſentia fortitudine:ſed ſua eximia animi uirtute hoſtilem ciuiũ mentem ſenatus auctoritate uindicauit.Exiſtimate uobis retinendũ eſſe in ciuitate:ſi qua beneficia ſingulis ciuibus priuatim que dantur:Ea ſolent iis eſſe fructuoſa a quibus ſunt ꝓfecta tute & merito poſſum ego uos ad defenſionem meæ ſalutis adhortari:Quos conſeruaui uniuerſos:Nam neq; maius eſt defenderẽ unum q̃ populum:neq; uerius a ſingulis q̃ ab omnibus repetere officii præmiũ & fructum . Propterea ꝙ in unius periculo ſæpe contentio parua eſt.Et leuis ſit labor defenſori ſuſtinẽdus.In reipubli.inſidiis quo firmius eſt qui oppugnatur.Eo ferociores ſunt inimici ut his niſi magna ſolicitudine induſtria uirtute reſiſti non queat & ſingulorum opes ſæpe ſunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam.Vt opitulari bene merentibus nequeant ſi maxime cupiant.Vniuerſorũ auxilium eo plurimum prodeſt. Quo firmioribus opibus eſt annexum.Iure igitur quoniam & maior impenſa in patriã officii facta eſt q̃ in priuata fuit defenſione:plus a uobis præſidii q̃ a cæteris opis ad ſalutem poteſt afferri.Vos obteſtor quos mihi & debere & poſſe intelligo opitulari.Non conuenit enim cum ego ad promerendũ officium tam fuerim expeditus.Vos ad gratiam referendam eſſe tardiores.Nec cuius amplitudinem & gloriã laude & honoribus amplificare debetis.Eius incolumnitatem & ſalutem differendam exiſtimetis:errat enĩ ſi q arbitratur.M.Tullium:iccirco in periculum capitis uocari ꝙ deliquerit . Aliquid ꝙ patriam læſerit:ꝙ improbe uixerit.Non citatur reus audaciæ:Virtutis reus citatur: Non accuſatur ꝙ rempubli.male oppugnauerit:ſed ꝙ homo nouus pernicioſum nobilium reſtrixerit furorem.Non obeſt mihi nocens & turpis:ſed hõeſtiſſimæ lautiſſimæq; acta uita non odio bonorum:ſed inuidia prætmor malorũ.Intelligũt hoĩes tot & tam

præclaris teſtimoniis:monumētiſq; uirtutis cōparatis.M.Tulliū dum ſit incolumis fore uoluptati. Icci-
co uitā eripere cupiunt:ut cū ſpiritu ſenſum quoq; adimant iucunditatis.Nonne igit' indignum eſt eos
præmiis meis inuidere:Qui uirtute certare noluerunt:eos in contētionē uenire honoris qui officiis ſe
ſuperari aīo æquiſſimo tulerunt:ſi dulcis eſt gloria:Conſequere uirtutē.Noli abiicere labores petere ho
norē:honorē dico:imo uero famā:fortūas:familiā:liberos:caput corpus ipſum deniq; ſanguinē:atq; aīam
Cædo inuitus de repu.Cædo oppſus de fortuna.De dignitate.Diſcedo a repu.uictus audacia maloꝝ:lice-
at manere illū.M.Tulliū cuſtodē urbis:Defenſorem omniū:patrem patriæ:at certe reliquas Tullii liceat in
conſpectu ciuiū in hac urbe.Quā ex parricidarū faucibus eripuit:remanere.Tecta omniū:fana deorū uni
uerſam uidere periculi ciuitatē.Liceat ex hac flāma euolare præſertim me qui illud impiū incēdiū perdi-
torū hominū lachrimis pon' meis:q̄ ueſtro ſanguie extingui malui.Neq; enī ego peto:ut mihi detis ut
ti:ſed datū repetom ut reddatis.Si meminiſtis quod dedi:Non debetis obhuiſci iſtis retribuere quod debe
tis.Vos uos obteſtor dii imortales Qui meæ menti lumina prætuliſtis.Cū cōſenſum cōiurationis extin
xi:arcemq; urbis ab incēdio & flamma liberaui:liberoſq; ueſtros a gremio & cōplexu matrum ad cædē
& cruorem non ſum paſſus abſtrahi.Num igitur poteſt fieri a clientibus ut recipiar cum a qbus retineri
debeā reiicere iſtituant.Socii quo fugient:cum aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit.Quomodo ſpes ſalu-
tis reliqs reſidebit:cū ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis:pax & concordia extraneis gignetur:
cū iam domeſticis non inſideat:ſed publice prouidēti eripiatur.Nam.quid ego iproborū facta renouem
oratione:ut redintegratione illius coniurationis uulnerem animos ueſtros.Auxiliū ab aliēis efflagitabi
tis cum ciues ueſtros deſeratis.Sociorum innocem ſubſidiū:cum a ciuibus intercluſum ſit præſidiū:i quā
colere gentem nō inſtitui:Vtrū cuſtos accipiar:an ut proditor excludar:ſi ut conſeruator ueſtra erit ignō
minia:ſi ut oppugnator:preſioſa erūt omnia.Itaq; quod putaui fore gaudium:id extitit exitiū.Si quirites
eundum in cæterorum periculis haberemus animūquē in noſtris difficultatibus & pro innocētiſſimo
quoq; propugnare & nocentiſſimū quemq; oppugnare nobis utiliſſimū eſſe arbitraremur:& ſi cū opnmi
cuiuſq; rebus aduerſis noſtrā ſalutē cum deterrimorum hominum ſecundis noſtra pericula putaremus
cōiuncta:ac frequentes profecto talibus conatibus obuiā ire niteremur.Neq; partim innocentia freti par
tim nobilitate nixi:partim potentia ac multitudine amicorū fulti:cum perfacile exiſtimemus aduerſario
rum uim ac factionem a nobis repelli poſſe:ſubito ipſi ſimili periculo circumuenti in noſtro euētu alio-
rum reminiſcentes caſus:iure id nobis accidere nequaquā quæramur.Quis enim eſt Quirites:q nunc cū
inimicorum noſtrorū uim ac uiolentiam proſpiciat quiq; noſtrum periculoſiſſimū caſum recognoſcat:
qui non ſibi ac ſuis diffidat fortunis:Quo enim ſe ſatis tutū arbitrat' præſidio:uirtutis:& gloriæ: At ea nos
ipſa hoc tempore oppugnant:multitudine amicorum.Aperuerunt nō fortes eſſe ſe amicos ſi i eorū po-
teſtate noſtra ſita ſalus non eſt.Paucitate inimicorum:at id nō i ipſius:ſed in aliorum uoluntate poſitū eſt
Nam nō ſatis eſt:ne cui iniuriam facias prouidere:ſi tamē ſunt uoluntarii inimici:qui tuis te premiis op-
pugnent.Atq; adeo cum hæc omnia omnibus ſint grauia atq; acerba:tunc uero nobis miſera atq; ītollerā-
da:quorum & officia in Remp.recentiſſima & incōmoda ob Rē.frequentiſſima in familia uerſant' Nūc
ſi eadem cōditio diſceptationis proponetur:æqui auditores adhibebunt':aures non obtuſæ criminatiōe
ſe uacuæ præbebunt':qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris non diſpoliabuntur honore:qui ſpe-
rāt:facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.Quamobrem nolo me duce ſupplicii uos ad
fraudem deduci:ut ego ad priſtinū ſtatum recidam caſus.Nunc igitur ſi lingua concertandum eſt:inno
centiæ uirtute fretus ſuperero:ſi facta compenſanda ſunt:conferamus æquitatem. Si uiolentiæ ipetu op-
primimur decedam pro omnibus unus tribūitio furori:quoniam laborem pro cunctis perferre cōſueui
Si igitur aliquo tempore his hominibus cōſuluiſtis.quorū animus religione pietatis eſt defunctus:debe
tis mihi quoq; proſpicere:qui numini deorum conſecratum ſartum ac tectum ab omni periculo cōſerua
ui:& uos ut tutam & tranquillam fortunam traheretis:mea perfeci uigilātia.Nam me quem paulo ăte for
tuna erexerat ad gloriam:uirtus extulit ad laudem:populus tribuit honorem eundē tribuni furor exagi
tatus depulit ad calamitatem:quoniam animaduertiſtis illam cōſpirationem conflatā ita eſſe reſtinctam
ut nulla ſcintilla incendii compareat. Vos quoq; tribunitiam ſedate temeritatem:qui nūc ſe mihi inimicū
oſtendit ſed ueſtrum prius eſſe cōfeſſus eſt inimicum:ne rei crudelitas in me experta:in uos cōualeſcat
& calamitas remotata longius ſerpat:atq; progrediatur præcauere.Nūc uel uos ſolus defectus ad calami
tatē:uel primus ad tale uocatus periculū:omnium animos iure debeo cōmouere. Omnia ſunt īmutata:
manus religantur ad demonſtrandā iniuriam.Lingua inciditur ad deplorādam calamitatem.Animus
præcluditur ad exponendā rei indignitatem:humilitatem generis obiiciunt nobis.Qui nouam rationē
ſuſcitant:ueteres maioꝝ obterūt laudes:ſed quid ego plura de illorum aut i me maledictis:aut ī uos ſce-
lerate loquar factis?Quorū cognita improbitas me tacente coarguitur turpitudine uitæ ut de his non ſit
neceſſe inimicos prædicare:de quorū ſcelere ne amici quidem aut ipſi poſſunt negare.Vos ego appello
quorū de me maxima eſt poteſtas:apud uos loquor de mea calamitate:quos habui ſemper innocētiæ &
uirtutis meæ teſtes.Igitur ex ciuitate benemeritus de repu.ciuis exturbatus:innocēs expellitur.Cōſularis
homo nō minimis uſus quondam facultatibus amicorum:multorum præſidio munitus:nunc partim
ab inuidis:partim ab inimicis circumuentus eget idigne.Huic ſi opem nō tuleritis in periculo capitis:uos
credo retinebitis ueſtrā libertatē:qui neq; tanta uiri eius auctoritate:neq; tantorum officiorum impenſam
egiſtis in patriam.Mihi credite hoc in uno incommodū confirmatum:multorum infirmabit incolumi
tatē:& ſi initio non erit refutatum:impune ad omnium perniciem conualeſcet.Proinde aut in meo peri

cuſo ſalutē integrā præſtate cōmunem. Aut i ueſtris hoc idem incōmodum expectate Fortūis. Nemo.n.
tam perdita auctoritate tā facinoroſa inuentus eſt uita. Qui cum de ſcelere fateretur. Non tamē ſentētiis
prius iudicum conuinceretur. Quā ſupplicio adiiceretur. Ego repēte ui tribunitia correptus nō modo lo
quendi libere in iudicio. Sed ne conſiſtendi quidē in ciuitate habeo poteſtatē. Eiicior nō ſolū ſine teſte ſi
ne iudice:ſine crimine:ſine āccuſatore:ſed ſine ēt ſcelere. Hoſtibus i bello qui diſſidēt uoluntate: dimicāt
armis:quotidie uitā oppugnant.In ipſa acie cū præliantur licet loqui. Licet diſputare:mihi i pace ciui qui
perditorū hoīum fregi furorē:pro Fortunis meis apud uos loqui non licebit. Serui q ad ſuppliciū uerbe
ribus cæſi trahantur apud eos ſæpe diſputant. Quos necare uoluerunt. Ego cōſularis apud eos nō loqr:
quos conſeruaui. Tacebo:ſi neceſſe eſt:tacebo inquā æquo aīo. Q. uoniā uirtus mea me tacēte agit cauſā
meā. Itaq; ut ego in concione mea nihil ponā. De meis rebus geſtis:tamē in animis & memoria uſa lar
giter relinquā. iſti modo uideant qua ratione hanc meā inultā fugā ferre poſſint:&.n.ſi a me ut ipſi exiſti
mant. Lētuli mortui ſordes:ſi Catilinæ notiſſimus furor:ſi amētia Cethegi. Si luxuries:aut ſtupra Caſſii
pœnas repetunt. Profecto iſtis hora nulla eiecto. M. Tullio uacua a periculo aut expectatiōe piculi relinq
tur. Itaq; illi in dies non in meis ſtudiis.q nulle a me parant:ſed ſuo: ſcele: cōſciētia cruciati mihi abſēti
& Po.Rōa. dabūt pœnas. Quas ob res ego īnimicorū amētiæ cupiditatiq; paucorū oium ſalutis cauſa de
cedam.neq; in eo deducar:aut progredi patiar:ut opera mea māus inter uos cōferatis cædeſq; ciuiū inter
ſe fiant:multoq; potius ipſa patria liberiſq; meis carebo:qui pp unū me uos de Fortunis ueſtris reiq; pu
bli.dimicetis.ſic.n.a principio fui animatus:ut non magis me mea cauſa putarē eſſe natū:quā Reipubli.
procreatum. Sed illud quæro:nq non iam ad unius perniciē:ſed ad uniuerſo: inſtruitur calamitatem cō
queri:cōmiſerari:dicere:expurgare:ſuſpitionem dimouere. Crimen diluere:nō licere ore oppreſſo ceruī
ces eſſe præbendas. Quæ tamen omnia iam nō tam ſunt calamitoſa:quod mihi ſunt ſubeunda:quā pni
cioſa:q Rempu. ſunt itroducta. Quaobrem ſtatutū eſt atq; decretum i his temporibus ciuitatis omnia per
peti:quæ uolet furor libidinoſus. Vim uolunt afferre:præſto ſuū eiicere uolunt. Ex eo in dicta cauſa:nolūt
audire cauſam:non dico aliud quippiam conantur:agant nihil duri nihil acerbi mihi erit quod Rēpubli
cā tutabitur:nō eni uictis illis cedo:ſed incolumini bꝰ uobis me condono. Neq; enim mors miſeranda ē:
quæ ob Rēpublicam capitur:neq; exitiū turpe:quod uirtute ſuſcipitur:cum præſertim nōnullā hæ pœnæ
habeat in ſe cōſolationem:Nam uitam ſi eripiunt:non adimēt gloriam immortalem:ſi exilio mulctabūt
corpus:nō aium a Republica remouebūt. Nā ubicūq; ero hæc cogitabo.hæc ſemp cura mea meq; uobis
ereptum:non a uobis repudiatum exiſtimabo:illud ab uniuerſis peto poſtuloq;. Si dum in ciuitate māerē
licitum ē. Nemini iniuſte periculū creaui nemini inocēti fui calamitati. Si omnibꝰ auxilio præſidioq; eſſe
conſueui:plurimoſq; i hac ciuitate ſum tutatus uti uos liberos meos in ueſtram fidē recipiatis:eoſq; de
fendatis:neue inimicos meos lōgius i familiā noſtram progredi patiamini. Vtiq; ſiue hic abiero:ſiue hic
ero oppreſſus:ea maneat opinio & exiſtimatio:quæ uirtute parata:non quæ i fœlicitate illata eſt. Nūc ego
te Iuppiter optime maxime. Cuius nutu ac diciōe ſola terrarū gubernantur. Teq; particeps cōnubii ſocia
regni Regina Iuno. Teq; Tritonia armipotens. Gorgona Pallas:Minerua cæteriq; di deæq; īmortales q
excellenti tumulo ciuitatis ſedē Capitolii in ſaxo incolitis cōſtitutam:ut nō ſolū cūctā intueri Sed ēt tueri
poſſitis ciuitatem:a quorum altaribus ego quōdam facem impiam ciuium manum remoui:a quorū tē
plis meo periculo funeſtam repulli facem:Ne illuſtriſſimum orbis terrarū monumentū cū principe om
nium terrarum occideret ciuitate. Teq; Iuppiter ſtator: quem uere huius imperii ſtatorē maiores noſtri
nominauerūt.cuius a templo hoſtilem impetū Catilinæ reppuli a muris. Cuius templū a Romulo uictis
Sabinis in palatii radice cum uictoria collocatum ē. Oro atq; obſecro:ferte opē pariter Reip. cunctæq; ci
uitati meiſq; Fortunis. Reſiſtite Tribunitio furori. Fauete inocētiæ:ſubuēite ſolitudini. Miſeremini ſene
ctutis nolite eum ſupplicem a uobis abſtrahere & excludere:qui i ſuo magiſtratu funeſtā facem a ueſtris
reppulit templis. Si.C. Mario auxilio fuiſtis:q i Cliuo Capitolino improborum ciuium fecerat cædē. Si
P. Scipioni:quod Hānibalis furibūdam mentē a ueſtris reppulit templis. Si deniq;. Cn. Pōpe. quod terra
& mari hoſtes reddidit pacatos:ſi nunc in meis calamitatibus aliquā ferte opem diuinam. Vt ſæpe mul
torū in periculis feciſtis:ſic i meis miſeriis aliquod diuinū auxiliū & numen oſtendite. Deinde uos quorū
poteſtas maxime ad deorum īmortalium numē accedit. Oro atq; obſecro qbus ſigillatim ſæpe ſupplex
ad pedes iacui:ut eum quē ſinguli ſtatum:atque abiectum ſubleuaſtis:nunc uniuerſi conſeruatum ueli
tis Si neminem unquam ueſtrum læſi:ſi nemini īnocenti obſui:ſi etiam ecōtrario ut quiſque meam de
ſiderauit opē ferre non dubitaui. Si denique quæcūque adminiſtraui ex ueſtra auctoritate & patrū Cō.
uoluntate feci:ſi malui inimicorum cupiditati:quam Reip. & legitimæ auctoritati pœnas ſufferre: Vt exi
ſtimetis ex illo crudeliſſimo:inimicorum impetu ereptum in antiquū ſtatum dignitatis reſtitui conue
nire Sed quoniā neque mihi libere loquendi:neque uobis clæmenter audiendi:neq; omnino iudicādi
paucorum furore & audacia facta ē poteſtas:ſed oppreſſa eſt Reſpu. armis metu:debilitata ſeruili:ut libe
rum ſpiritum ducendi nullam habeat poteſtatum:cedam inermis armatis. Innocēs nocētibus:priuatus
furibūdo magiſtratui. Neq; enim. Qu. Metellus quicquā de ſua uirtute detraxit:q ceſſit. L. Saturnino fu
renti. Neque. C. Cotta q. Qu. Varroni tribuno:Plæ. īferiore orto genere cedendū putauit:neq;. C. Mari
us qui quātas res geſſerit ueſtra uobis libertas īdicio eſſe poterit. Neque uere. M. Tullius ſuum animum
a ueſtra abalienauit poteſtate:cū præcipuū uobis obſidem ſui animi ueſtram reliquerit libertatem. Quā
obrē teſtor deos deaſque immortales ueſtraſq; maxime mentes me non uitæ turpitudine:non propter

reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege perſoluere.Sed propter uirtutis inuidiam:pp iucũdiſſimma
genii laudẽ propter magnitudinẽ rex geſtax crudeliſſime ciuitate priuari:ꝙ ſi Idẽ accidit.Qu. Cedi͠oi . Si
Mancino. Statilio mihi quoq; hoc accidiſſe nõ magnope erit mirandũ:cũ præſerti nõ generis antiqitate
ſed uirtutis ornamentis ſummã laudẽ ſim conſecutus.Nũc ego uos Eqtes Romani obteſtor:quox uirtu
te nomẽ Romanũ uictoriã cũ laude poſſidet cõiunctã:quox factis gloriant̃ ciues:lætant̃ ſocii : gemũt ho-
ſtes ut ſi erga uos oĩ tpe optime animatus fui:ſi mea picula neglexi:dũ timorẽ a patria ꝓpullarẽ:ſi æque li
beris ueſtris proſpexi ac uos parentibus conſueuiſtis:ut nũc me ueſtris ueſtris opibus defenſum ĩcolumẽ
in hac ciuitate retinere:q̃ ciuitas cũ a ſcelerata coniuratione eſſet ĩceſa:meo luctu aç labore reſtincta ẽ: nec
patiamini me a meis liberis abſtractũ:a coniuge abreptũ.Ab aris ſociſq; innocẽtem proiectum uitam de-
gere in exilio.Miſerrimi mortalis caſum ſubire cogitur.Proiicitur Tullius in exilium.Itaq; nimirũ inno
cẽs ab inimico religioſus a ſcelerato:beniuolus huic ciuitati ab hoſte.O miſera uitæ ratio:q̃ tã diu reſides ĩ
uoluptate q̃ diu fortunæ poſſi libido.Ego ne inimicus huic ciuitati?Quãobrẽ?Quia inimicos necaui.Ego
ne hoſtis?Quid itaq quia hoſtes interfeci.Eheu conditionẽ huius temporis.A mea gloria & laude digniſſi
mi dicebantur.Qui hæc perfecerunt.Nunc ſcelerati aç patricidæ eſſe dicũtur qui hæc adminiſtrarũt. Sint
ſane ſcelerati.Superet iſtorum uictoria.Si modo uictoria appellanda eſt.In qua ciuitatis ineſt luctus.Hũc
palmam ex innocentis cruore tantum illud a uobis. Equites Romani peto & rogo·Vt quẽ ſæpenumero
ueſtra laude cohoneſtatis:eundem in dubiis uitæ periculis ueſtra uirtute conſeruetis.

¶M.T.C. AD PONTIFICES PRO DOMO SVA:ORATIO.

CVM MVLTA PONTIFICES A MAIORIBVS NOSTRIS DIVINITVS INVENTA
atque inſtituta ſunt.Tum nihil præclarius:quã quod uos eoſdem & religionibus deox im
mortalium:& ſummæ Reipubli.præeſſe uoluerunt Vt ampliſſimi & clariſſimi ciues Rẽpu
bli.bene gerẽdo:pontifices religiones religiõibus ſapienter interpretando Rempublicã cõ
ſeruarent.Quod ſi ullo tpe magna cauſa ſacerdotũ.Po.Roma.iudicio ac poteſtate uerſata ẽ
Hæc profecto tanta eſt.Vt omnis Reipubli.dignitas omnium ciuiũ ſalus:uita libertas:aræ
foci.Dii penates:bona Fortunæ.domicilia ueſtræ ſapiẽtiæ:fidei poteſtatique cõmiſſa: creditaque ẽe uideã
tur.Vobis hodierno die conſtituendum eſt.Vtrum poſt hac amẽtis ac perditos magiſtratus improborũ
ac ſceleratorum ciuium præſidio nudare an etiam deorum immortalium religiõe armare maluis.Nam
ſi illa labes ac flamma Reipub.ſuum illum peſtiferum & funeſtum Tribunatum.Quem æquitate huma-
na tueri non poteſt.Diuina religione defenderit Aliæ cerimoniæ nobis erunt.Alii antiſtites deorum im
mortalium.Alii interpetres religionem requirendi.Sin autem ueſtra auctoritate ſapientiaque pontifices
ea:quæ furore improborum in Republica.Ab aliis oppreſſa:ab aliis deſerta:ab aliis prodita:geſta ſunt re
ſcindũtur.Erit cauſa qua conſilium maiorum in ampliſſimis uiris ad ſacerdotia eligendis iure & merito
laudare poſſimus.Sed quoniã ille demẽs ſi ea quæ ego per hos dies in Senatu de Republica ſenſi uitupe
raſſet:aliquem ſe aditum ad aures noſtras eſſe habiturum putauit.Omittam ordinem dicẽdi meum.Re-
ſpondebo hominis furioſi non orationi qua ille uti non poteſt:ſed conuitio . Cuius exercitationẽ cũ in
tolerabili petulãtia.Tum etiã diuturna ĩpunitate muniuit:At primũ illud a te hoĩe ueſano ac furioſo requi
ro:Quæ te tanta pœna tuox ſcelex flagitiorũq; uexet.ut hos tales uiros:qui non ſolũ cõſiliis ſuis:ſed etiam
ſpe ipſa dignitatẽ Reipubli.ſuſtinent:ꝙ ego in ſententia dicẽda ſalutẽ ciuiũ cũ honore.Cn.põpe.cõiunxe
rim.Mihi eſſe iratos & aliud de ſummo hoc tẽpore religione eſſe ſenſuros.Ac me præſente ſenſerint ar-
bitrare.Fuiſti tu inquit apud pontifices ſuperior,ſed etiã quoniã te ad populũ contuliſti :ſis ĩferior neceſſe
eſt.ita ne uero ꝙ in ĩperita multitudine eſt uitioſiſſimũ.Varietas & inconſtantia & crebra tãquã tempeſta
tũ:ſic ſententiax cõmutatio.Hoc tu ad hos traſſeras:quos ab inconſtantia grauitas. Libidinoſa ſententia
certũ & definitũ ius religionũ:uetuſtas exẽplox:auctoritas litterarũ:monumẽtorumq; deterret? Tu ne es
ille inquit:quo ſenatus carere non potuit:quẽ boni luxerũt?Quẽ Reſpub.deſiderauit?Quo reſtituto Se-
natus auctoritatem reſtitutã putabamus?Quã primũ aduenieus prodidiſti.Nondum de mea ſentẽtia di
co ĩpudentiæ primum tuæ reſpondebo.Hunc igitur funeſta Reipub.peſtis:hunc tu ciuem ferro & armis
& exercitus terrore:& conſulũ ſcelere:& audaciſſimorũ hominũ minis:ſeruorũ delectu:obſeſſione tẽplo
rum:occupatione fori oppreſſione curiæ:domo & patria.Ne cum improbis boni ferro dimicarent:cede
re curaſti?Quem a ſenatu:quem a bonis omnibus:quem a cuncta Italia deſideratum acceſſitum:reuoca
tũ conſeruandæ Reipu.cauſa confiteris?At eni in ſenatum uenire in Capitoliũ intrare illo turbulẽto die
non debuiſti.Ego uero neq; ueni:ſed domo me tenui:q̃ diu turbulentum tempus fuit:cũ ſeruos tuos ad
rapinas:ad bonorũ cædem paratos.Cum illa tua conſceleratorũ ac perditorũ manu armatos in Capito-
lium tecũ ueniſſe conſtabat.Quod cum mihi nunciaretur ſcio me domi mãſiſſe:& tibi & gladiatoribus
tuis inſtaurandæ cædis poteſtatem non feciſſe.Poſteaq̃ mihi nunciatum eſt Popu.Roma.in Capitoliũ
propter metũ atq; inopiam rei frumentariæ conueniſſe.Miniſtros autẽ ſcelerum tuorũ perterritos : par-
tim amiſſis gladiis:partim ereptis diffugiſſe.Veni non ſolũ ſine ullis copiis ac manu:uerũetiam cum pau
cis amicis.An ego cũ.P.Lentu:conſul optĩe de me ac de Republica meritus:cũ. Qu.Metellus:q cũ meus
inimicus eſſet frater tuus.Et diſſenſioni noſtræ & præcibus tuis ſalutem ac dignitatẽ meam prætuliſſet:
me arceſſerent in ſenatum cum tanta multitudo ciuium Romanorum tam recẽti officio ſuo me ad refe
rendã gratiã noiatim uocaret:non uenirem?cum præſertim te iam illinc cum tua fugitiuorum manu di
ſceſſiſſe conſtaret?Hic tu me etiam cuſtodem defenſoremque Capitolii templorumq; omnium hoſtẽ

Capitolinum appellare auſus es:ꝗ cum in Capitolio Senatũ duo conſules haberẽt.Eo uenirẽ.Vtrũ necẽ
tempus aliquod:quo ĩ Senatum ueniſſe turpe ſit:an res illa talis erat:ut rẽ ipſam repudiarem:& eos q age
bant cõdẽnare deberem.Primum dico Senatoris eſſe boni ſemp in Senatum uenire.Nec cum his ſen
tio:qui ſtatuunt minus bonis temporibus in Senatum.Vt ipſi nõ uenirent:nõ intelligentes hanc ſuam
nimiam perſeuerantiam his quorum animum offendere uoluerunt:gratã & iucundã fuiſſe.At enĩ non
nulli propter timorẽ ꝗ ſe i Senatu tuto non eſſe arbitrabantur diſceſſerunt nec repræhẽdo.Nec q̃ro fue
rit ne aliquid pertimeſcendum.Puto arbitrio ſuo quenq; timere oportere.cur ego non timuerim q̃ris:
quia te illinc abiiſſe conſtabat.Cur cũ uiri boni nõnulli putarint tuto ſe i Sẽatu eſſe nõ poſſe ego nõ idẽ
ſenſerim.Cur cũ ego me extimaſſem tuto oĩno i ciuitate eſſe nõ poſſe illuc irẽ.An aliis licet & recte licet i
meo metu ſibi nihil timere:mihi uni neceſſe erit:& meã & aliorũ cædẽ ptimeſcere? An quia non condẽ
naui ſentẽtia mea duos cõſules:ſum repræhẽdendus?Eos igit̃ ego potiſſimũ dãnare debui:quorũ lege p
fectũ ẽ:ne ego indẽnatus:atq; optime de Rep.meritus dãnatorũ pœnã ſuſtinerẽ:quorũ etiã delicta ꝓpter
eorũ egregiã i me cõſeruãdo uoluntatẽ non modo me:ſed omnes bonos ferre oporteret:i eorũ optimũ
conſilium ego potiſſimum per eos i meã priſtinam dignitatem reſtitutus:meo cõſilio:repudiarem at q̃
ſententiam dixi.Primum eam qua populi ſermo ĩ animis ueſtris iam ante defixerat.Deĩde eã q̃ ne erat
ſuperioribus diebus agitata ĩ Senatu.Deĩde eã quã Senatus frequens tũ cum mihi eſt aſſenſus ſecut⁹ eſt:
ut neq; allata ſit a me res iopinata ac recẽs:nec ſi quod i ſententia uitium ẽ maius ſic eius:qui dixerit:quã
omnium qui probarint.At enim liberũ Senatus iudicium propter metũ nõ fuit:ſi timuiſſe eos facis:q di
ſceſſerunt:concede:nõ timuiſſe eos:qui remãſerunt.Sin autẽ ſine his qui tum affuerũt:nihil decerni libe
re potuit:cũ oẽs adeſſent:cœptũ ẽ referri de idicendo.S.cõſulto ab uniuerſo Senatu reclamatũ ẽ.Sed quæ
ro i ipſa ſententia quoniã princeps ego ſum eius atq; auctor qd repræhẽdatur:utrũ cauſa noui cõſilii capi
undi nõ fuit.An meæ partes ĩ ea cauſa non præcipue fuerunt.An alio potius cõfugiendum fuit:uis quæ
cauſa maior:q̃ fames eẽ potuit:quam ſeditio:q̃ cõſilia tua tuorũq; q facultate oblata ad impitorũ animos
incitandos renouaturum te tua illis funeſta latrocinia ob annonæ cauſam putauerunt:frumẽtum ꝓuin
ciæ frumẽtariæ partim non habebant:partim ĩ alias terras credo propter uarietatẽ uenditorũ miſerãt.Par
tim quo gratius eſſet:tum cum i ipſa fame ſubueniſſent:cuſtodiis ſuis clauſum cõtinebãt:ut ſubito nouũ
mitterent res erat non ĩ opinione dubia:ſed in præſentia atq; ante oculos propoſito piculo.Neq; id cõie
ctura proſpiciebamus:ſed iã experiri uidebamus.Nã cũ igraueſceret annona:ut iam plane iopia ac fames
nõ caritas timeret.Concurſus eſt ad templum concordiæ factus.Senatum illuc uocãte Metello conſule:
qui ſi uerus fuit ex dolore hominũ & fame:certe cõſules cauſam ſuſcipere certe Senatus aliquid cõſilii ca
pere potuit.Sin aũt cauſa fuit annona:ſeditionis qdem ſtimulator & concitator tu fuiſti:Nõne id agẽdum
nobis oĩbus fuit:ut materiẽ ſubtraheremus furori tuo:quid ſi utrũq; fuit:& ut fames ſtimularet homines
& tu ĩ hoc hulcere tanq̃ unguis exiſteres.Nõne fuit eo maior adhibẽda medicina:quæ & illud natiuũ:&
hoc delectum malum ſanare poſſet.Erat igitur & pſens caritas:& futura fames:ĩde ſatiſfacta lapidatio ẽ:
ſi ex dolore plæbeio nullo icitante magnũ malũ.Si.P.Clodii impulſu uſitatũ hominis facinoroſi ſcel⁹.Si
utrũq; ut res eſſet ea quæ ſua ſponte multitudinis animos icitaret:& parati atq; armati ſeditiõis duces:ui
det̃ ne ipſa Reſpu.& cõſulis auxilium ĩplorãſſe:& Senatus fidem atq; utrũq; fuiſſe perſpicuum ẽ:difficul
tatem annonæ ſummã inopiã rei frumẽtariæ ut hoĩes noniam diuturnã caritatẽ:ſed ut famẽ plane time
rẽt.Nemo negat hũc iſtũ ocii & pacis hoſtẽ cauſam arrepturũ fuiſſe ad incẽdia:cædes:rapinas:Nolo pon
tifices ſuſpicemini niſi uideritis.Qui ſunt hoĩes a Quinto Metello fratre tuo conſule in Sẽatu palã noia
ti:a quibus ille ſe lapidibus appetitũ & percuſſum eſſe dixit.L.Sergiũ & Marcũ Lolliũ noiauit.Quis ẽ iſte
Lollius:qui ſine ferrone nunc quidẽ tecũ eſt:qui te Tribu:Ple.(nihil de me dicã)ſed qui:Cn.Põpeiũ iterfi
ciendũ depopoſcit.Quis eſt ille Seruius:Armiger Catilinæ.Stipator tui corporis:ſignifer ſeditiõis:cõcita
tor tabernariorũ:dãnatus iniuriarũ.percuſſor:lapidator:fori depopulator:obſeſſor patriæ:his atq; eiuſmo
di ducibus cũ tu ĩ annonæ caritate i conſules:in Senatum:in bona fortunaſq; locupletũ:per cauſas inopũ
atq; peregrinatũ repentinos ĩpetus cõparares:cum tibi ſalus eẽ in ocio nulla poſſet:cum diſperatis ducib⁹
decuriatos ac deſcriptos haberes:exercitus perditorum.Nonne Senatui prouidendum fuit.Ne i hãc tãtũ
materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret.Fuit igit̃ cauſa capiẽdi noui conſilii uidete nunc fuerit
ne partes meæ precipue:quẽ tum quoq; Seruius ille tuus:quẽ Lollius:quẽ cæteræ peſtes i lapidatione illa
nominabant:quem annonam præſtare oportere dicebãt.Nõne me qdem illa puerorũ cõcurſatio noctur
na.Num a te ipſo iſtituta:me frumẽtum flagitabãt.Quaſi uero ego aut rei frumentariæ præfuiſſe aut com
preſſum aliquod frumẽtum tenerem.aut in iſto genere omnino quicquã aut curatione aut poteſtate uo
luiſſem.Sed homo ad cædem imminens meũ nomen ſeruis operariis ediderat:imperitis iniecerat:quo
cum de mea dignitate in templo Iouis optimi maximi ſenatus frequẽtiſſimus uno iſto diſſentiẽte decre
uiſſet.Subito illo ipſo die cariſſimam annonã necopinata uilitas cõſecuta eſt.Erant q deos immortales
id quod ego ſentio numine ſuo reditum meo dicerẽt comprobaſſe.Nõnulli autem illã rem ad illã ratio
nem coniecturamq; reuocabãt:qd qđ in meo reditu ſpes ocii & cõcordiæ ſita uidebat̃:ĩ diſceſſu aũt quot
tidian⁹ ſeditionis timor iam belli pene depulſo metu commutatem annonam eẽ dicebãt:quæ quia rur
ſus in meo reditu facta erat durior a me.Cuius aduentu fore utilitatẽ boni uiri dictitabãt annona flagita
batur.Ego deniq; nõ ſolum ab operariis tuis impulſu tuo nominabar.Sed etiã depulſis ac diſſipatis tuis
copiis a po.Roma.uniuerſo:q tum in Capitolium conuenerat:cum illo die minus ualerem nominatim
in ſenatum uocabar.Deniq; expectatus iam multis ſententiis dictis:rogatus ſum ſententia dixi reip.ſalu

berrimam ac neceſſariam petebatur a me frumēti copia:annonæ uilitas:q̄ ſi poſſem aliq̄d in ea re gerēda
non habebatur:flagitabar bonoꝶ expoſtulatione.Improborum conuicia ſuſtinere nō poterā.Delegaui
amico locupletiori.Nō quo illi:ita de me merito onus illud īpōerē(ſuccubuiſſem enim potius ipſe)Sed
quia uidebam id quod omnes quod nos de.Cn.Pompe.polliceremꝰ.Id illū fide.cōſilio:uirtute : auctori
tate:fælicitate:deniq̄ ſua facillime perfectuꝶ.Itaq̄ ſiue hunc dii immortales fructum mei reditus Populo
Romano tribuunt:ut quemadmodum diſceſſu meo frugum:inopia:fame:uaſtitas:cædes:incēdia:rapiæ
ſcelerum impunitas:fuga:formido:diſcordia fuiſſet:ſic reditu meo ubertas agrorū : frugum copia:ſpes:
ocii:tranquillitas:animorum iudicia:leges:concordia populi.Senatus auctoritas:mecū ſimul reducta ui
deantur.Siue egomet aliquid aduentu meo:conſilio:auctoritate:diligentia ꝓ tanto beneficio Popu.Ro
præſtare debui:præſto:promitto:ſpondeo:nihil dico amplius:hoc q̄d ſatis eſt huic tempori dico Rem-
publi.annonæ nomine in id diſcrimen i quod uocabaᷣ:non eſſe uēturam.Num igitur ī hoc officio q̄d
fuit ꝑcipue meum ſententia mea repræhendiᷣ?Rem maximam eripui a peſte ſummi periculi:non ſolū
eam.Sed etiam uos a cæde incēdiis:uaſtitate:nemo negat cū ad cauſam caritatis accedit & iſte ſpeculator
communium miſeriarum:q̄ ſemp in Repub.malis ſceleris ſui faces iſlammarit:negat oportuiſſe q̄cquam
uni extra ordinem decerni.Non iam tibi reſpondebo ſicut cæteris.Cn.Pom.plurima ꝑiculoſiſſima ma
xima terra mariq̄ bella extra ordinem ſunt cōmiſſa:quaꝶ reꝶ ſi quē pœniteat:eum uictoriæ Po.Roma.
neceſſe ē pœnitere:Nō ita tecum ago:cum his hæc a me haberi ratio poteſt.Qui ita diſputant.Sed ſi q̄ res
eſt ad unū deferēda ad.Cn.Pompe.delaturos potiſſimum:ſed ſe extra ordinē nihil cuiquā dare . Cū pō-
pe.datum ſit:id ſe pro dignitate hominis ornare ac tueri ſolere.Horum ego ſententiam ne laudē:impe-
dior.Cn.Pompe.triumphis.Quibus cum ille eſſet extra ordinem ad patriam defendendā uocatus auxi
liū nomē Popu.Roma.Imperiumq̄ honeſtauit:conſtantiam probo:qua mihi quoq̄ utendū fuit:quo il-
le auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneq̄ geſſit.Sed cū illis poſſum tamē aliq̄d diſpu
tare.Tua uero quæ tanta ipudentia eſt.Vt audeas dicere extra ordinem.dari nihil cuiq̄ oportere?Qui cū
lege nepharia Ptolomæū Regem cypri:fratrem regis Alexandrini eodem iure regnātem cauſa īcognita
publicaſſes Populumq̄ Romanum ſcelere obligaſſes:cum ī eius regnū bona:fortunas: patrociniū:huiꝰ
iperii īmiſiſſes.Cuius cum patre:auo:maioribus ſocietas nobis & amicitia fuiſſet:huiꝰ pecuniæ deportan
dæ(& ſi quis ſuum defenderet bello gerendo).M.Catonem ꝑfeciſti dices quē uirū:ſanctiſſimum : fortiſſi
mum:prudentiſſimum:amiciſſimum.Reip.uirtute.conſilio:ratione:uita mirabili ad laudē & prope ſin-
gulari.Sed quid ad te qui negas eſſe iuris:quē q̄ ulli Reip.extra ordinem præfici:atq̄ ī hoc ſolū inconſtan
tiam redarguo tuam:q̄ i ipſo Catone:quem tu non modo pro illius dignitate ꝓduxeras:ſed ꝓ tuo ſcele-
re ſubduxeras:quē tuis Sergiis:Lolliis:cæteriſq̄ cædis & incēdiorū ducibus obiecceras:quē carnificē ciuiū
quē indemnatorū necis principem:quē crudelitatis auctorem fuiſſe dixeras:ad hunc honorē & imperiū
extra ordinem nominati rogatione tua detuliſti:& tanta fuiſti ītemperātia:ut illius tui ſceleris rationē oc
cultare non poſſes.Litteras in cōciōe recitaſti.Quas tibi a.C.Cæſare miſſas diceres. Cæſar.P.Clodio Sa-
lutē.Cū etiam es argumentatus amoris eſſe hoc ſignum:cum nominibus tantum uteretur . Neq̄ aſcri-
beret pro conſuli.aut Tribuno Pleb.Deide gratulari tibi quod idē ī poſterū.M.Catonē Tribunatu tuo re
mouiſſes:& q̄d idē ī poſterū de extra ordinariis poteſtatibus libertatū ademiſſes:quas aūt nūq̄ tibi ille mi
ſit litteras:aut ſi miſit in concione recitari noluit.Aut ſiue ille miſit:ſiue tu finxiſti.Certe cōſilium tuum de
Catonis honore illarū litteraꝶ recitatiōe patefactum ē.Sed omitto Catonē:cuiꝰ eximia uirtus : dignitas:
ac ī eo negocio quod geſſit fides:& continētia tegere uidereᷣ.Vt iprobitatem & legis & actiōis tuæ.Quid
homini poſt homines natos turpiſſimo:ſceleratiſſimo:contaminatiſſimo. Quis illam opimam fertilēq̄
Syriam.Quis bellum pacatiſſimis gētibus.Quis pecuniam ad emēdos agros cōſtitutam:ereptam ui Cæ
ſaris rebus actis:quis īperium īfinitum dedit:cui q̄dem Ciliciam cum dediſſetis:mutaſti pactionē:& Cili
ciam ad prætorē.Item extra ordinem trāſtuliſti.Gabinio precio amplificato Syriam nominatim dediſti
Quid homini teterrimo:crudeliſſimo omnium ſcelerum libidinūq̄ maculis notatiſſimo.L.Piſoni . Nō-
ne nominatim populos liberos multis ſenatuſconſultis etiā recēti lege ſoceri ipſius liberatos uinctos &
conſtriſtos tradidiſti.Nonne cum ab eo merces tui beneficii preciūq̄ prouinciæ meo ſanguine tibi eſſet
præſolutum.Tamē ærarium cum eo partitus es.Ita ne uero tu prouincias conſulares:quas.C.Graccus:q̄
unus maxime popularis fuit:nō modo non abſtulit a Senatu:ſed ēt ut neceſſe eſſet quot annis cōſtitui ꝑ
Senatū decreta lege ſanxit:eas leges ſempronias ꝑ Senatum decretas reſcindiſti:extra ordinē ſine ſorte
nominatim dediſti:nō conſulibus:ſed Reip:peſtibus:q̄ nos nominatim Reip.maxime pene iā deſpatæ
ſummū uiꝶ ſæpe ad extrema Reip.diſcrimina delectum præfecimus a te repræhēdemur.Quid tandem
ſi quæ tū ī illis Reipu.Tenebris cæciſq̄ nubibus & procellis cum Senatum a gubernaculis deieciſſes:po
pulum e naui exturbaſſes:ipſe archipirata cum grege prædonū īpuriſſimo pleniſſimis uelis nauigaſſes:
ſi q̄ tæ tum ꝓmulgaſti:cōſtituiſti:ꝓmiſiſti:uēdidiſti:perferre potuiſſes:qui locus orbi terrarum uacuus ex-
tra ordinariis faſcibus atq̄ iperio Clodiāo fuiſſet?Sed exercitatus:aliquando.Cn.Pom.dicā ipſo audiēte
quod ſenſi & ſenſio:quoquo animo me auditurus eſt ui excitatus īquā aliquādo.Cn.Pom.nimiū diu re
cōditus:& penitus abſtruſus animi dolor ſubuenit ſubito reipu.ciuitatēq̄ fractam malis mutatā:ac debi-
litatā:abiectā metu ad aliquā libertatis ſpem:& priſtinæ dignitatis erexit.Hic uir extra ordinē rei frumen-
tariæ ꝑficiēdus nō fuit:ſcilicet tu belluoni ſpurciſſimo ꝑguſtatori libidinū tuaꝶ homini egētiſſimo & faci
noroſiſſimo Sex.Clodio ſocio tui ſanguinis:q̄ ſua ligua ēt ſororē tuā a te abalienauit:oē frumētū ꝑuatū
& publicū:oēs prouīcias frumētarias:oēs mancipes:omnes horreorum claues lege tua tradidiſti:q̄ ex re

primum caritas nata ē. Deinde inopia īpendebat fames: incēdia: cædes: direptio: īminebat tu° furor omniū
fortunis & bonis quæritur ēt īportuna peſtis ex ore īpuriſſimo ſex. Clodii rem frumentariam eſſe ereptā
ſummiſq; i periculis eius uiri auxilium iploraſſe Rempu. quo ſæpe ſe & ſeruatem & amplificatam eē me
miniſſet: extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid de me: quod tuliſſe te dicis parricida fratricidia ſo
roricida: nonne extra ordinem tuliſti? an de peſte ciuis: quemadmodū omnes iā dii atq; hoies iudicarūt
cōſeruatoris Reip. quēadmodū aūt tute ipſe confiteris nō modo īdēnati: ſed ne accuſati qdē: licuit tibi fer
re nō legē. ſed nephariū priuilegiū lugēte Senatu mœrētibus bonis oibus: totius Italiæ præcibus repudi
tis oppreſſa captaq; Rep. mihi Po. Ro. iplorante. Senatu poſcente: tēporibus Reip. flagitantib°: nō licuit
de ſalute Populi Roma. dicere ſententiam qua quidē i ſententia ſi. Cn. Pom. dignitas aucta: ē cōiuncta cū
utilitate communi: certe laudandus eſſem: ſi eius dignitatis ſuffragatus uidere: q meæ ſaluti opē & auxi
lium tuliſſet. Deſināt deſināt hoies iiſdem machinis ſperare me reſtitutū poſſe labefactari. qbus antea ſtā
tem pertulerunt: quod enim par amicitiæ fuit unquam i hac ciuitate cōiunctius: q fuimus īter nos ego &
Cn. Pompe. Quis apud populū Romanū de illius dignitate iduſtrius: quis Senatui ſæpius dixit: qui tan
tus labor fuit: q ſimultas: quæ cōtentio: quā ego nō p illius dignitate ſuſceperim: qui ab illo in me honos:
quæ prædicatio de mea laude: q remuneratio beniuolentiæ ptermiſſa ē? Hanc noſtram coniunctionē nem:
hanc conſpirationē i Republica benegerenda: hāc iocundiſſimā uitæ atq; officiorum oium ſocietatē cer
ti homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerūt cum iidem illum ut me metueret me caueret
monerent iidem apud me mihi illū uni eē inimiciſſimū dicerent. ut neq; ego ab illo quæ mihi petenda eſ
ſent: ſatis audacter petere poſſem: neq; ille tot ſuſpiciōibus certorū hominū & ſcelere exulcerat°: quæ meū
tempus poſtularet: ſatis prolixe mihi polliceretur: data merces eſt erroris mei magna pōtifices: ut me nō
ſolū pigeat ſtultitiæ meæ: ſed ēt pudeat: q cum me non repētinū aliquod meū tēpus: ſed ueteres multo an
te ſuſcepti & prouiſi labores cū uiro fortiſſimo & clariſſimo cōiunxiſſent: ſim paſſus tali amicitia diſtrahi
neq; itellexerim: qbus aut ut apertis inimicis obſiſterem: aut ut inſidioſis amicis nō crederem: pinde deſi
nant aliquando me iiſdem iflāmare uerbis: qd ſibi iſte uult? neſcit quantū auctoritate ualeat: quas res geſ
ſerit: qua dignitate ſit reſtitutus: cur ornat eum a quo deſertus ē? Ego uero neq; me tunc deſertū puto: ſed
pene deditum nec quæ ſint i illa Repub. flāma geſta cōtra me: neq; quomodo neq; per quos patefaciēdū
mihi eſſe arbitror. Si utile Reipub. fuit haurire me unū pro omnibus illā indigniſſimam calamitatē. Sed
hoc utile ſit: quorū id ſcelere conflatū ſit. me occultare & tace. Illud uero ē hominis igrati tacere. Itaq; libē
tiſſime prædicabo. Cn. Pom. ſtudio & auctoritate æque ut unūquēq; ueſtrum opibus: contentione: pcib°
periculis: denīq; præcipue pro ſalute mea laborauiſſe. Hic tuis. P. Lētule cū tu nihil aliud dies & noctes ni
ſi de ſalute mea cogitares. cōſiliis omnibus interfuit. Hic tibi grauiſſimus auctor ad iſtituēdā: fideliſſimus
ſocius ad comparādam: & fortiſſimus adiutor ad rē pficiēdam fuit. Hic municipia coloniaſq; adiit. Hic ita
liæ totius auxilium cupiētia īplorauit. Hic in Senatu princeps ſententiæ fuit. Idemq; cū dixiſſet: tum etiā
pro ſalute mea Populū Roma. obſecrauit. Quare iſtā orationem: qua ē uſus omittas licet: poſt illā ſenten
tiam qui dixerā de annona pontificum animos eē mutatos: proinde qſi iſti aut de. Cn. Pom. aliter atq; ego
exiſtimo ſentiant: aut quid mihi: pro expectatione. Po. Roma. pro. Cn. Pompeii meritis erga me p ratiōe
mei tēporis faciēdum fuerit ignorēt. Aut etiam ſi cuius forte pontifices animū: quod certo ſcio aliter eſſe
mea ſentētia offendit: alio modo ſic conſtitutus aut de religione pontificis: aut de Republi. cuiuſquā me
dus: aut cerimoniarū ius: aut ciuitatis ſalus coegerit. Intelligo: pontifices me plura extra cauſam dixiſſe: q
aut opinio tulerit: aut uoluntas mea. Sed cū me purgatū uobis eſſe cuperē: tunc etiam ueſtra ī me attēte au
diēdo benignitas prouexit orationē meam. Sed hoc compenſabo breuitate eius orationis: quæ ptiet ad
ipſam rem cognitionēq; ueſtram. Quæ cum ſit i ius religionis & i ius Reipu. diſtributa religionis: partem
quæ multo ē uerboſior prætermittens: de iure Reipublicæ dicam. Quid eſt enim aut tam arrogās q de re
ligione de rebus diuinis: cerimoniis: ſacris pontificum collegium docere conarī: aut tam ſtultū: qnā ſi qs
quod i ueſtris libris inuenerit id narrare uobis: aut tam curioſum: q ea ſcire uelle: de quibus maiores nri
uos ſolos & conſuli & ſcire uoluerūt? Nego potuiſſe iure publico: legibus his qbus hæc ciuitas utit. Quēq
ciuem ulla huiuſmodi calamitate ſine iudicio affici. Hoc iuris in hac ciuitate etiam tum cū reges eſſent: di
co fuiſſe. Hoc nobis eſſe a maioribus traditū: hoc eē deniq; propriū liberæ ciuitatis: ut nihil de capite ciuis:
aut de bonis ſine iudicio Senatus: aut populi: aut eorū q de quaq; re cōſtituti iudices ſint: detrahi poſſit: ui
des ne me non radicitus euellere omnes actiōes tuas: neq; illud agere qd apertū ē. Te omnino nihil geſ
ſiſſe iure: nō fuiſſe tribunum plæbis hoc dico eē parricidium. Dico apud pontifices: augures adſunt: uerſor
in medio iure publico. Quod ē pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet: q neq; procreare iā liberos
poſſit. & cum potuerit: ſit expertus: quæ deinde cauſa cuiq; ſit adoptionis: quæ ratio generū ac dignitatis q
ſacrorū quæri a pontificum collegio ſolet. Quid eſt horum in iſta adoptione quæſitum? adoptat annos
uiginti natus etiam minor Senatorem: liberorum ne cauſa? eſt? aut pcreare poteſt: habet uxorē: ſuſcepit
ēt liberos exhæredauit pater filiū. Quid ſacra Clodiæ gētis: cur intereunt quod i te eſt? Quia omnis natio
ponficum cum adoptaret eſſe debuit. Niſi forte ex te ita quæſitum eſt. Num perturbare rempu. ſeditioni
bus uelles: & ob eam cauſam adoptari nō ut filius eſſes. Sed ut tribunus plæbis fieres: & fundit° euerteres
ciuitatem reſpondiſti credo te ita uelle: Pontificibus bona cauſa uiſa eſt. Approbauerunt nō ætas eius q
adoptabat quæſita eſt. Ut. Cn. Aufidio: & marco Puppio: quorū uterq; noſtra memoria ſumma ſenectute:
Alter oreſtē. Alter Piſonem Adoptauit: quas adoptiones ſicut alias innūerabiles hæreditates nōīnis pe
cuniæ ſacrorū ſecutæ ſunt. Tu neq; Fōtei° es q eſſe debebas: neq; patris hæres: neq; amiſſis ſacris paternis

in hæc adoptiua ueniſti. Ita perturbatis ſacris: contaminatis gẽtibus. & quas deſeruiſti: & quas polluiſti. Iu
re Quintũ legitimo tutelarum: & hæreditatum relicto factus es eius filius contra fas: cuius per ætatem pa
ter eſſe potuiſti. Dico apud pontifices nego iſtam adoptionem põtificio iure eẽ factam. primum quod hæ
ueſtræ iure ſint ætates: ut is q te adoptauit loco patris. Vel ille tibi loco per ætatẽ eſſe potuerit. Vel eo quod
fuit de ſide ꝙ cauſa quæri ſolet adoptandi ut is adoptet q quod natura iam aſſeq nõ poteſt. Legitimo & põ
tificio iure quærat: & ita adoptet: ut ne qd aut de dignitate generis: aut de ſacrorũ religiõe minuatur. Illud
ĩprimis ne qua calumnia: ne qs dolus adhibeat: ut hæc ſimulata adoptio filii q̃ maxime ueritatem illã ſu
ſcipiendorum liberorum imitata eſſe uideatur: quæ maior calumnia eſt: q̃ uenire iberbem adoleſcentem
beneualentẽ ac meritũ dicere filiũ ſenatore Po. Ro. ſibi uelle adoptare? Id aũt ſcire & uidere oẽs poſſunt:
non ut ille filius Iſtituatur: ſed ut patritiis exeat tribunuſ plebis fieri poſſit: Iccirco adoptari uult neq; id ob-
ſcure. Nam & adoptatum emancipari ſtatim ne ſit eius fili⁹: qui adoptarit: cur ergo adoptat? ſprobatate ge-
nus adoptionis iam omnium ſacra interierit: quoꝝ cuſtodes uos eſſe debetis iam patriti⁹ nemo relinque-
tur. Cur enim quiſq̃ uellet tr. ple. ſe fieri non licere: anguſtiorẽ ſibi eſſe petitionẽ conſulatus i ſacerdotium
cum poſſit uenire: quia patr tio non ſit is locus nõ uenire. Vt cuiq; aliquid acciderit: quare commodius ſit
eſſe plebeiũ ſimili rõne adoptabitur. Ita po. ro. breui tẽpore neq; Regem ſacroꝝ: neq; flamines: nec ſalios
habebit: nec ex parte dimidia reliquos ſacerdotes: neq; auctores cẽturiatoꝝ & curiatorum & comitioꝝ au
ſpiciaq; Po. Ro. ſi magiſtratus patritii creati non ſint: intereant neceſſe ẽ. Cum iterrex nullus ſit: ꝙ & ipſum
patritium eſſe & a patritio prodi neceſſe ẽ. Dixi apud pontifices iſtam adoptionem nullo decreto hui⁹ col
legii probatã cõtra omnem pontificium ius factã pro nihilo eẽ habẽdam: qua ſublata ĩtelligis totum tri-
bunatũ tuũ concidiſſe. Venio ad augures: quoꝝ ego libros ſi qui ſunt reconditi: nõ ſcrutor: nõ ſum inex
quirendo iure augurum curioſus: Hæc quæ una cum populo didici: quæ ſæpe ĩ concionibus reſpõſa ſunt
noui. Negãt fas eſſe agi cum populo cum de cælo ſeruatũ ſit quo die de te lex curiata lata eſſe dicatur. Au-
des negare de cælo eẽ ſeruatũ. Adeſt præſens uir ſingulari uirtute cõſtantia grauitate prædit⁹. M. Bibulus
hunc cõſulẽ illo ipſo die contendo ſeruaſſe de cælo: iſirma ſunt igit̃ tua acta. C. Cæſaris uiri fortiſſimi mi
nime neq; enim quicquam iam mea intereſt: exceptis his telis: quæ ex illius actionibus in meũ corpus im
miſſa ſunt. Sed hæc de auſpiciis. quæ ego nunc per breuiter attingo: acta ſunt a te. Tu tuo præcipitante iã
& debilitato tribunatu auſpicioꝝ patronus ſubito extitiſti. Tu. M. Bibulum ĩ concione: tu augures ꝑdu
xiſti. Te iterrogante augures reſponderunt: cum de cælo ſeruatũ ſit cum populo agi nõ poſſe Marc⁹ Bibu
lus quærenti ſe de cælo ſeruaſſe reſpondit. Idemq; ĩ concione dixit ab Opimio fratre tuo product⁹: te om
nino tribunum plebis quod contra auſpicia adoptat⁹ eſſes: nõ fuiſſe: tua deniq; omnis actio poſterioribꝰ
menſibus fuit. Omnia quæ. C. Cæſar egiſſet: quæ contra auſpicia eſſent acta: per Senatum reſcidi oporteť
quod ſi fieret: dicebas te tuis humeris me cuſtodẽ urbis ĩ urbem relaturum. Videte hominis amentiã ut
ſuũ tribunatũ Cæſaris actis illigatum teneret. Si & ſacrorum iure pontifices: & auſpiciorum religione au-
gures totum uertunt tribunatum tuum. Quid quæris amplius? an ẽt apertius aliquod ius populi atq; le
gum. Hora fortaſſe ſexta diei qſtus ſum in iudicio. Cum. C. Antoniũ collegam meum defenderẽ: qdã de
Rep. quæ mihi uiſa ſunt ad illius miſeri cauſam pertinere. hæc homines iꝑbi ad quoſdã uiros fortes lõ
ge aliter atq; a me dicta erant: detulerũt: hora: nona illo ipſo die tu es adoptatus: ſi quod ĩ cæteris legib⁹ tr ĩ
nũ nundinum eẽ oportet. Id in adoptione ſatis ẽ. Trium eſſe orarum nihil reprehendo ſin eadẽ obſeruã
da ſunt: decernit Senatus. M. Druſi legibus: quæ contra legem Ceciliam & didiã late eſſent: populũ nõ te
neri. Iam intelligis omni genere iuris: quod ĩ ſacris: quod in auſpiciis: qđ ĩ legibus ſit. Te tri. ple. nõ fuiſſe.
At ego hoc totũ nõ ſine cauſa relinquo. Video eni quoſdã clariſſimos uiros: principes ciuitatis. aliquot lo
cis iudicaſſe te cum plebe iure agere potuiſſe. Qui etiam de me ipſo cum tua rogatione funeť elatã Rẽp.
eſſe dicerem: tamẽ id funus & ſi miſerum atq; acerbum fuiſſet: iure indictum eẽ dicebant: qđ de me ciue
ac de Rep. ueheme nto tuliſſe funeſte funus te idixiſſe reip. qd ſaluis auſpiciis tuliſſes: iure egiſſe dicebãt
Quare licebit ut opinor. nobis eius actiones non infirmare quibus illi actionibus cõſtitutum tribunatũ
tuum non comprobarerunt. Fueris ſane tribu. ple. tam ĩ iure q̃ lege: q̃ fuit hic ipſe Rullius: uir omnibꝰ re
bus clariſſimus atq; ampliſſimus: quo iure: quo more quo exemplo legẽ noĩatim de capite ciuis Idẽnati
tuliſti: uetãt leges ſacræ: uetant. xii. tabulæ leges priuatis ĩ hoĩbus irrogari. Id eſt. n. priuilegiũ nẽo unq̃ tulit
nihil eſt crudelius: nihil ꝑnicioſius: nihil qđ minus hæc ciuitas ferre poſſit: ꝓſcriptionis miſerrimũ nomẽ
illud & oĩs acerbitas Syllani tpis qđ habet qđ maxime ſit iſigne ad memoria ĩcrudelitatis opinor pœnã
in ciues Ro. noĩatim ſine iudicio cõſtitutam. Hãc uos igiť pontifices iudicio atq; auctoritate uña tri. ple.
ꝑtatem dabitis: ut ꝓſcribere poſſitis. Is quos uelit: quæro. n. qđ ſit aliud ꝓſcribeř uelitis iubeatis: ut. M. Tul
lius in ciuitate ne ſit bõaq; eius ut mea ſint. Ita. n. fecit: & ſi aliis uerbis tulit. Hoc plæbeſcitum eſt hæc lex-
hæc rogatio ẽ: hæc uos pati poteſtis: hæc ferre ciuitas: ut ſinguli ciues ſingulis uerſiculis e ciuitate tollanť.
Eqdem iam ꝑfunctus ſum: nullã ui: nullũ ĩpetum metuo expleui aĩos liuidoꝝ placaui odia: ĩproboꝝ ſatu-
raui ẽt ꝑfidiã & ſcelus ꝓditoꝝ. Deniq; de mea cã quidebať ꝑditis ciuibus ad iuidiã eſſe propoſita. Iam om
nes urbes: oẽs ordĩes: oẽs dii atq; hoĩes iudicauerũt: uobis metipſis põtifices & ueſtris liberis cæteriſq; ciui
bus ꝓ uña auctoritate & ſapĩa cõſulere debetis. Nã cũ tã moderata iudicia populi ſint a moribus cõſtituta:
primũ ut ne pœna capitis cũ pecũia cõiũgať. Deĩde ne ꝓdicta die qs accuſeť: ut ter ãte magiſtrat⁹ accuſet
itermiſſa die q̃ multã irroget: aut iudicet: quarta ſit accuſatio innũ nũdinũ ꝓdicta die: quo die iudicium ſit
futuꝝ: cũ multa ẽt ad placãdũ atq; admiſerẽdũ iã remis cõceſſa ſint: deĩde exorabilis popul⁹ facilis ſuffraga
tio ꝓ ſalute: dẽiq; ẽt ſi qua res illũ diẽ aut auſpiciis aut excuſatõe ſuſtulit: tota cã iudiciũq; ſublatũ ẽ. Hæc cum

ita ſint:in re ubi crimē ē:ubi accuſator:ubi teſtes:qd īdignius:q̄ q neq̨ adeſſe ſit iuſſus:neq̨ citat᷑:neq̨ accu
ſatus de eius capite:liberis fortūis oībus:Cōductos & ſicarios egētes & pditos ſuffragiū ferr:& eā legē pu
tare:ac ſi hoc de me potuit:quē bonos:quē dignitas:quē cā:quē reſp.tuebat᷑:cui⁹ deniq̨ pecūia nō expete
bat᷑ cui nihil oberat pter cōuerſionē ſtatus.& iclinationē colum tēpoꝝ.Quid tādē futuꝝ ē his quorū uita re
mota ab honore populari:& ab hac illuſtri gr̃a ē:pecuniæ āt tātæ ſūt ut eas nimiū multi egētes:ſūptuoſi no
biles cōcupiſcāt.Date hāc tri.pl.licentiā:& ītuemini paulisp aīs iuuētutē:& eos maxie q imineᷓ iā cupidita
te:uidenᷓ:i tribunitia poteſtatē.collegia mediuſſidius tribunorū pl.tota repienᷓ hoc iure firmato:q̄ coeā
de hominū locupletiſſimorū bonis:præda præſertim populari:& ſpe largitiōis oblata. At qd tulit legum
ſcriptor peritus:callidus?Velitis iubeatis ut.M.Tullio aqua & ignis iterdicat᷑:crudele:nephariū ne ī ſcele
ratiſſimo quidē ciue ſine iudicio ferendū:Nō tulit ut interdicat᷑.Quid igit᷑:ut interdictū ſit.O cenū.O por
tentum.O ſcelus.Hāc ubi legem Clodius ſcripſit ſpurtiorem lingua ſua ut interdictum ſit cui non ſit iter
dictū.Sexte:noſter bona uenia:quoniā iā dialecticus & hoc quoq̨ liguris quod factū nō ē:ut ſit factū ferri
ad populū:aut uerbis ullis ſanciri:aut ſuffragiis:confirmari poteſt?Hoc tu p ſcriptore:hoc cōciliario:hoc
miniſtro omnium non bipedū ſolum:ſed etiam quadrupedū impuriſſimo rempu.perdidiſti:nec tu eras
tā excors:tāq̨ demēs:ut neſcires hunc Clodiū eſſe qui contra leges faceret & cōtra alios eē q leges ſcribe
re ſolerent:ſed neq̨ eorū neq̨ cæterorū i quibus eſſet aliqd modeſtiæ cuiuſq̄ tibi ptās fuit:neq̨ tu legū ſcri
ptoribus iiſdem potuiſti uti qbus cæteri:neq̨ operū architectis:neq̨ pontificem adhibere quē uelles.Poſtrēo
neq̨ i prædæ qdem ſocietate mācipē aut prædonē ſociū extra tuorū gladiatoꝝ numerum:aut deniq̨ ſuf
fragii latorē i iſta tua proſcritōe quēq̄:niſi furem aut ſicariū reperire potuiſti.Itaq̨ cum tu florēs ac potens
p mediū ſortiū popularem uolitares:amici illi tui de uno amico tecti & beati:q ſe populo cōmiſerātita
repellebanᷓ:ut ēt palatinam:linguā tuam perderent:q i iudicium uenerant:ſiue accuſatores erāt:ſiue rei
te depræcāte damnabātur.Deniq̨ ille nouitius ligur uenalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus cum.M.Papinii
ſui fratris eſſet teſtamento & iudicio improbatus mortem eius ſe uelle perſeq dixit nomē Sexti propeſtii
detulit:accuſare alienæ damnationis ſceleriſq̨ ſocios propter calumniæ metū non eſt auſus.De hac igit᷑
lege dicimus:quæ iure rogata uideat᷑ cuiuſq̄ quiſq̨ partem tetigit digito:uoce præda:ſuffragio:quocūq̨
uenit repudiatur cōuictuſq̨ diſceſſit.Quid ſi his uerbis ſcripta eſt iſta proſcriptio ſeipſa diſſoluat:Eſt.n.qd
M.Tullius falſum Senatus cōſultum retulerit.Si igit᷑ retulit falſum.S.C.tū eſt rogatio:ſi nō retulit:nul
la eſt ſatis ne tibi uidet᷑ a Senatu iudicatū me nō mō nō emeritū eſſe auctoritatem eius ordinis. Sed etiā
unum poſt urbē cōditā diligentiſſime ſenatui paruiſſe?Quod modis doceo legē iſtā quā uocas non eē le
gē:qd ſi ēt pluribus de rebus uno ſorti tu retuliſti:tn̄ ne arbitraris id qd.M.Druſus i legibus ſuis pleriſq̨
i bonis ile uir.M.Scaurus &.L.Craſſus cōſularis nō obtinuerit:id te poſſe oium facinoꝝ & ſtuprorū oium
Decumis & Clodiis auctoribus obtinere tuliſti de me ne reciperer:non ut exirem:quem tu ipſe nō po
teras dicere nō licere eſſe Romæ.Quid eni diceres:dānatum:certe non expulſum:q licuit.ſed tamē ne id
qdem eſt ſcriptum:ut exirem pœna ē:q receperit:quā omnes neglexerunt:eiectio nuſq̄ eſt uerū ſit: Quid
operū:publicorū exactio:qd nois iſcriptio:nū tibi aliud eē ui ac bonorū meorum direptio:pterq̄ q ne idq
dē p legē liriniā ut ipſe tibi curationē ferres:facere potuiſti.Quid hoc ipſum qd nūc apud pontifices agis
te meā domum conſecraſſe:te monumentū feciſſe i ædibus mediis te ſignū dedicaſſe:itaq̨ te ex una ro
gatiuncula feciſſe:unū & idē uidet᷑ eē:atq̨ id qd de me ipſo nolatim tuliſti:tam hercule ē unū q̄qd idē tu
lege una tuliſti:ut Cyprius rex:cuius maiores huic populo ſocii atq̨ amici ſp fuerūt cū bōis oībus ſub præ
cone ſubiiceretur:& exules Byzantium reducerent᷑.eiſdem iquit utraq̨ de re negociū dediſſes:qd ſi idē
negocium dediſſet:ut ſi i Aſia Ciſtophorū flagitaret:īde iret i.Hiſpaniam:tum romæ deceſſiſſet:conſula
tū ei petere liceret:cū factus eſſet prouīciā Syriā obtineret:quoniā de uno hoīe ſcriberet:una res eēt:qd ſi
iā po.re.de iſta re cōſultus eſſet:nō oia per ſeruos latroneſq̨ egiſſes.Nōne fieri poterat:ut populo de Cy
prio rege placeret:de exulibus byzātiis diſpliceret:que ē quaſi alia uis:quæ ſententia Ceciliæ lege & didie
niſi hæc ne populo neceſſe ſit i cōiunctis rebus q̄ pluribus aut id qd nolit accipe:aut id quod uelit repudi
are qd ſi p uim tuliſti tamē ne lex eſt:aut quicq̄ iure geſtum uideri poteſt:quod per uim geſtum eſſe con
ſtet:an ſi in ipſa latione tua capta iā urbe lapides iacti:ſi manus:collata nō ē.Icirco tu ad illā urbē atq̨ elu
uiem ciuitatis ſine ſumma ui puenire potuiſti:cū in tribunali aurelio conſcribebas palā nō mō liberos i
ſed ēt ſeruos ex olb⁹ uicis cōcitatos:ui tuā uidelicet nō parabas:cū edictis tuis tabernas claudi iubebas.Nō
inde uim iperitæ multitudinis:ſed etiā hoium honeſtorū modeſtiā prudentiāq̨ quærebas:cū arma i ædē
Caſtoris cōportabas:nihil aliud niſi uti ne qd p ui agi poſſet:machiabeᷓ.Cū uero gradus Caſtoris cōuel
liſti:ac remouiſti:cū ut modeſte tibi agere liceret hoīes audaces ab eius tēpli aditu atq̨ aſceſſu repuliſti:cū
eos q cōuētu bonorū uirorū uerba de ſalute mea fecerāt:adeſſe iuſſiſti:eorūq̨ aduocationē manibus fer
ro:lapidibus diſcuſſiſti:tū pfecto oſtēdiſti ui tibi maxīe diſplicere Verū hæc furioſa uis ueſani tri.ple . faci
le ſupari frangiq̨ potuit:uirorū bonorū uel uirtute uel multitudie .Quid cū Gabinio Syria dabat᷑. Mace
donia Piſoni:utriq̨ īſinitū īperiū:īgēs pecūia:ut tibi oīa pmitterēt:te adiuuarēt:tibi manū copias:tibi ſuos
paratos cēturiones:tibi pecunias tibi familias cōparēt:te ſuis ſceleratis cōciōibus ſubleuarēt.Sēatus aucto
ritatē irriderēt:eqtibus Ro.mortē.pſcriptionēq̨ minitarēᷓ:me terrerēt minis:& mihi cædē & dimicationē
denūciarēt:meā domū refertā uiris bonis p amicos ſuos cōpellerēt.pſcriptiōis metu me freqntia nudarēt
uirorū bonorū me pſidio ſpoliarēt.Senatū p me nō mō ppugnaᷓ ampliſſimū ordinē:ſed ēt ploraᷓ & ſup
plicare mutata ueſte prohiberent:ne tū qdē uis erat.Quid igitur ego geſſi aut q timor fuit.Non dicam in
me quidem.Fac me timidū eſſe natura quid illa tot uirorum fortiſſimorū milia:qd illi:equites Ro.quid

Senatus q̃d deniq; omnes boni:ſi nulla uis erat. Cur me flẽtes potius proſequuti ſunt:q̃ aut icrepãtes reti
nuerunt.aut irati reliquerunt:An hoc timebã:ſi mecũ ageretur more iſtitutoq; maiorum:ut poſſem præ-
ſens ſuſtinere utrum ſi dies dicta eſſet iudiciũ mihi fuit pertimeſcendum:an ſine iudicio priuilegium:iu-
dicium in cauſa tam turpi.ſcilicet homo q eam ſi iã cauſa eſſet ignota:dicendo non poſſem explicare: an
q a cauſam probare non poteram:cuius tanta bonitas ẽ:ut ea ipſa non modo ſe:ſed etiã me abſentem p
ſe probarit: an Senatus:an ordines.an ii q cuncta ex italia ad me reuocandum conuolauerũt:ſegniores
me præſente ad me retinendum & conſeruandum fuiſſent:in ea cauſa quam ipſa iam parricida talẽ di-
cat fuiſſe:ut me ab omnibus ad meam priſtinam dignitatem expectatum atque reuocatũ quæratur. An
uero in iudicio periculi nihil fuit priuilegium pertimui:ne mihi præſenti ſi mulcta irrogaretur:nemo in
tercederet:tam inops ãt eram ab amicis:aut tã nuda Rep.a magiſtratibus:quid ſi uocatæ tribus eẽnt: pro
ſcriptionem non dicã in me ita de ſua ſalute merito:ſed omnino:i ullo ciue cõprobauiſſent:an ſi ego præ
ſens fuiſſem. Veteres illæ copiæ cõiuratorum tuiq; perditi milites atq; egentes:& noua uis ſceleratiſſimo
rũ cõſulũ corpori meo pepercifſent:qui cum eorũ oium crudelitati ceſſiſſem:ne abſens quidẽ luctu meo
mẽtes illorũ ſatiare potui. Quid enim uos uxor mea miſera uiolarat: q̃ uexauiſtis:raptauiſtis oi crudelita
te laceraſtis. Quid mea filia cuius fletus aſſiduus ſordeſq; lugubres uobis erant iucundæ:cæterorũ oium
mentes oculoſq; flectebãt. Quid paruus filius:quẽ q̃diu abfui:nemo niſi lachrymantẽ confectumq; uidit.
Quid fecerat:q eum totiens per inſidias iterficere uoluiſtis. Quid frater meus qui cũ aliquãdo poſt meũ
diſceſſum ex ꝓuſcia ueniſſet:neq; ſibi uiuẽdũ:niſi me reſtituto putaret:cum eius mœror:ſqualor incredi
bilis:& inauditus oibus mortalibus miſerabilis:uidebat̃ quotiẽs eſt ex ueſtro ferro mãib' lapſus. Sed q̃d
ego ueſtrã crudelitatẽ expromo:q̃ in ipſum me & meos adhibuiſtis:q parietibus qui tectis:qui columnis
ac poſtibus meis horrificum quoddam & nephariũ oi ĩbutum odio bellum ĩtuliſtis Nõ eni te arbitror
cũ poſt meum diſceſſum oium locupletũ fortunas:oium prouĩciarũ fructus:tetrarcharum ac regum bo
na ſpe & auaritia deuoraſſes:argenti & ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæcatũ. Nõ exiſtimo cãpanum il
lũ conſulem cum ſaltatore collega:cum alteri totam Achaiam: Teſſaliam:Boetiã:Græciam: Macedoniã:
omnemq; Barbariã bona ciuiũ.Ro.condonaſſes. Alteri Syriam:Babilonem:perſas integerrimas pacatiſſi
maſq; gentes ad diripiẽdũ tradidiſſes:illos tam cupidos liminum meorũ & columnarũ & naluarum fuiſ
ſe:neq; porro illa manus copiæq; Catilinæ cementis ac teſtis tectorum meorũ ſe famẽ ſuã expleturas pu
tauerum Sed ut hoſtiũ:urbes ne oium hoſtiũ uerũ eorum q̃bus cum acerbũ bellum inteſtinumq; ſuſce-
pimus:nõ præda adducti:ſed odio ſolemus excipere:q in quos propter eorũ crudelitatem inflãmatæ mẽ
tes noſtræ fuerũt:cum horum etiã tectis ædibus aliquod bellũ tendere ſemp uideret̃:nihil erat latum de
me nõ adeſſe erã iuſſus:non citatus affuerã:erã ẽt tuo iudicio ciuis incolumis:cuius domus ĩ palatio:uil-
la in tuſculano:altera ad alterũ cõſulẽ traſſerebat̃:Senat' conſules uocabat:colũnæ marmoreæ ex ædibus
meis inſpectante po.ro.ad ſocerũ cõſulis portabant̃ in fundum ãt uicini conſulis nõ iſtrumentum autor
namẽta aulæ:ſed ẽt arbores transferebant̃:cum ipſa uilla non prædæ cupiditate(quid enim erat prædæ)
ſed odio & crudelitate funditus euerteret̃. Domus ardebat ĩ palatio non fortuito:ſed oblato incẽdio:cõ
ſules epulabant̃:& in coniuratorũ gratulatione uerſabant̃. Cũ alter ſe Catilinæ delitias.alter Cethegi cõ-
ſobrinum fuiſſe diceret. Hanc ego uim põtifices:hoc ſcelus hunc furorẽ meo corpore oppoſito a bono
rũ omnium ceruicibus depuli:oẽmq; impetũ diſcordiarum:oẽm diu collectam improborũ quæ ſue
terata cõpreſſo odio atq; tacito iam corumpebat in actum:tam audaces duces excepi meo corpore:i me
uno conſulares faces iactæ manibus tribunitiis in me oſa quæ ego quõdã reuderã coniurationis nepha-
ria tela adhæſerũt:q ſi ut multis fortiſſimis placuit ui & armis cõtra uim decertare noluiſſem:aut uiciſſem
cũ magna internitione improborum.ſed tamẽ ciuium:aut interfectis bonis oibus:quod illis optatiſſimum
fuit una cũ rep.cõcidiſſem. Videbã uiuo Sẽatu.P.Qu.R.celerem mihi ſumma cum dignitate reditũ:nec i
telligebam fieri diutius poſſe:ut mihi nõ liceret eſſe in ea rep.quã ipſe ſeruaſſẽ. Quod ſi non liceret:audie-
rã & legerã clariſſimos noſtræ ciuitatis uiros ſe in medios hoſtes ad perſpicuã mortẽ ꝓ ſalute exercitus ĩ
teciſſe. Ego ꝓ ſalute reip.uniuerſæ dubitarẽ hoc meliori cõditiõe q̃ Decius:q ille ne auditor q̃dẽ ſuæ glo
riæ:ego ẽt ſpectator meæ laudis eẽ potuiſſem. Itaq; ifractus furor iunis immanis faciebat ipſe ipetus. Om
nem.n.uim oium ſceleratoꝝ acerbitas mei caſus exceperat. Nõ erat ĩ tã imani iniuria tãtiſq; ruinis nouæ
crudelitati locus. Cato fuerat ꝓximus:q̃d ageres:nõne erat:ut q modus oibus morib' fuerat:idẽ eẽt iniu
riæ. Quid:poſſes extrudere ad Cypriã pecuniã:præda perierit:alia nõ deerit. Hãc mõ amãdã eẽ:ſic.M.Ca
to iuſſus q̃ſi p beneficiũ Cypriũ relegat̃. Eiiciunt̃ duo:quos uideẽ ĩprobi ñ poterãt:alter p honorẽ turpiſſi
mũ:alter p honeſtiſſimã calamitatẽ atq; ut ſciatis nõ hoibus iſtũ ſed uirtutibus hoſtẽ ſp fuiſſe me expulſo
Catone mãdato ĩ eũ ipm ſe cõuertit:quo auctore quo adiutore ĩ cõciõibus ea q̃ gerebat oſa:quæq; geſſe-
rat:ſe effeciſſe & facere dicebat. Cn.Põ.quẽ oium iudicio lõge pricipẽ eẽ ciuitatis uidebat:diuti' furori ſuo
ueniã datur' nõ arbitrabat̃:q ex eius cuſtodia p iſidias regis amici filius hoſtẽ captiuũ ſurripuiſſet & ea in
iuria uirũ fortiſſimũ laceſſiſſet ſparauit iiſdẽ ſe copiis cõ illo poſſe cõfligere:q̃b' cũ ego noluiſſẽ bonorũ picu
lo dimicare:& p'rio q̃dẽ adiutorib' cõſulibus:poſtea fregit fœdus Gabinius Piſo tñ ĩ fide remãſit:q̃s iſte tũ
cædes q̃s lapidatiões:q̃s fugas fecerit:q facile ferro quotidianiſq; iſidiis:cũ iã a firmiſſimo robore copiarũ
ſuarũ relict' eẽt. Cn.Põ.foro curiaq; priuarit:domũq; cõiecerit:uidiſtis. Ex quo iudicare poteſtis q̃ta uis il-
la fuerit oẽs & aggregata:cũ hæc.Cn.Põ terruerit iã diſtricta & extincta:hæc uidit:in ſnia dicẽda calen. Ia
nuariis uir prudentiſſim':& cũ reip.tũ mihi:tũ ẽt ueritati aiciſſimus.L.Cotta:q legẽ de meo rẽditu ferẽdã nõ
cẽſuit:q me cõſuluiſſe.Reip.geſſiſſe tẽpeſtati morẽ amictorẽ uobis cæteriſq; ciuib' quã mihi acta expetiſſe

ui:armis deffeſione hominem & cædem iſtitutam:nouoq; dominatu pulſam eſſe dixit:nihil de meo capi
te potuiſſe ferri:nihil eſſe inſcriptum aut poſſe ualere:omnia contra leges moreſq; maiorum temere:tur
bulente:per uim:per furorē eſſe geſta quod ſi illa lex eſſet:nec referre ad Senatum conſules:nec ſentētiā
dicere ſibi liberet:quorū utrūq; cū fieret nō oportere ut de me lex ferret᷑ decerni:ne illa quæ nulla eſſet: eē
lex iudicaretur.Sententia uerior:grauior:utilior:melior Reipublicæ nulla eē potuit:homini eni ſcelerē &
furoi notato ſimul a republica labes:in poſterum dimouebatur:neque hoc:Cn.Pom.qui ornatiſſimā de
me ſententiam dixit Voſq; pontifices:qui me ueſtris ſententiis auctoritatibuſque defendiſtis:nō uidiſtis
illam eſſe nullam:atque eſſe potius flammam temporis:interdictum ſceleris:uocē furoris: Sed proſpexi
ſtis ne qua populeris in uos aliquādo īuidia redūdaret:ſi ſine populi iudicio reſtituti uideremur . Eodēq;
cōſilio.M.Bibuli fortiſſimi uiri Senatus ſentētiā ſecut' ē:ut nos de mea domo ſtatueretis:nō ꝙ dubitaret
quin ab iſto nihil legibus:nihil religionibus:nihil iure eſſet actū:ſed ne quis oriretur aliqnādo ī tāta uber
tate improborum:qui in meis ædibus aliquam religionem reſidere diceret. Nā legē iſtā quidem nullā eſ
ſe:quotienſcunque de me ſentētiam Senatus dixit:totiēs iudicauit:Quoniam quidē ſcripto illo iſtius ſen
tētiam dicere uidebatur.Atque hanc rem per illud ſimile Piſo & Gabinius homines legum iudiciorūq;
metuentes:cum frequentiſſimis Senatus eos ut de me referrent:quotidie flagitaret:nō ſe rem improba
re dicebant:ſed lege iſtius impediri.Erat hoc uerum .Nam impediebantur.Verum ea lege quam iſte idē
de Macedonia Syriaq; tulerat:Hanc tu.P.Lentule neque priuatus neque cōſul legē unquam eſſe putaſti
Nam.tri.pl referētibus ſententiam de me deſignatus conſul ſæpe dixiſti ex Calē.Ianuarii:quoad perfecta
res eſt:de me retuliſti.legē promulgaſti.tuliſti:quorū tibi ſi eēt & illa lex nihil liceret. At etiam.Q. .Metellus
collega tuus uir clariſſimus quam legem eſſe homines alieniſſimi a.P.Clodio iudicarent Piſo & Gabini'
eam nullam eſſe frater.P.Clodii cum de me ad ſenatum tecū una retulit:iudicauit.Sed iſti q Clodii leges
timuerunt quēadmodū cæteras obſeruarunt Senatus qdem cuius eſt grauiſſimum iudiciū de iure legū
quotienſcūque de me conſultus eſt:totiēs eam nullam eſſe iudicauit:quod idem tu lentule uidiſti in ea le
ge:qnam de me tuliſti.Nam non eſt ita latum:ut mihi Romam uenire liceret.ſed ut uenirem.Nō eni uo
luiſti id quod licebat ferre:ut liceret.Sed me ita eſſe in remp.magis ut arceſſitus ipe no.Po.Roma.uiderer
q̄ ad adminiſtrandam ciuitatem reſtitutus.Hunc tu etiā pernicioſa peſtis exulem appelare auſus es: Cū tā
tis ſceleribus eſſes & factis notatus ut omnem locū quo adiiſſes exili ſimillimum redderes.Quid ē eni
exul ipſum per ſe nomen calamitatis:non turpitudinis.Quando igitur eſt turpe:re uera cum ē.pœna pec
cati opinionem autem hominū:ſi eſt pœna damnati.Vtrum igit' peccato meo nomē ſubeo an re iudica
ta:peccato iam neq; tu id dicere audes:quem iſti ſatellites tui felicem Catilinā nomināt:neq; quiſq̄ eoꝝ q
ſolebant nō mō iā nemo eſt iā imperitus:quin ea quæ geſſi in conſulatu peccata eſſe dicat.Sed nemo eſt tā
inimicus patriæ:qui non meis conſiliis patriam conſeruatā eſſe fateat᷑.Quod enim eſt in terris cōe tātū tā
tulūue conſiliū:quod nō de meis rebus geſtis ea quæ mihi eſſent optatiſſima & pulcherima iudicarit.Sū
mum eſt po.ro.populorum & gētiū oium ac regū cōſiliū.Senatus decreuit ut oēs qui Rēp.ſaluā eſſe uellēt
ad me unū defendēdū uenirent.Oſtendit:q; nec ſtare potuiſſe remp.ſi ego nō fuiſſem reſtitutus:nec futu
ram eſſe ullā:ſi non rediſſem:proxim' ē huic dignitati ordo equeſter:oēs oium publicanorum ſocietates
de meo conſulatu:ac de meis rebus geſtis ampliſſima atq; ornatiſſima decreta fecerūt.Scribe q uobiſcū in
rationibus monumentiſq; publicis uerſant᷑:nō obſcurū de meis in repu.beneficiis ſuū iudiciū decretūq;
eſſe uoluerūt:nullū eſt in hac urbe collegiū:nulli mōtani aut pagani:Quoniā plebei quoq; urbani mores
īde conuenticula & quaſi concilia quædā eſſe uoluerunt:qui non ampliſſime nō mō de ſalute mea ſed ēt
de dignitate decreuerint.Nā quid ego illa diuina atq; immortalia municipiorū & coloniarū & toti' Italiæ
decreta cōmemorē:quibus tanq̄ gradibus mihi uideor ī cælū aſcendiſſe:nō ſolum ī patriā reuertiſſe . Ille
uero dies quis fuit cū te.P.Lentule legē de me ferentem Popu.Ro.uidit:ſenſitq; q̄tus & quāta dignitate eſ
ſem.Conſtat enim nullis unquā comitiis campū Martiū tāta celebritate:tāto ſplēdore oīs generis hoīum
ætatū ordinū floruiſſe.Omitto ciuitatū:nationū:prouinciarū:regū orbis deniq; terrarū de meis in oēs mor
tales meritis unum iudiciū.unūq; cōſenſum aduētus meus atq; introitus ī urbē qui fuit:Vtrū me patria ſic
accepit:ut lucē ſalutēq; redditā ſibi ac reſtitutā accipe debuit:An ut crudelē tyrānū:ꝙ uos Catilinæ grega
les de me dicere ſolebatis:Itaq; ille unus dies:quo me Po.Roma.a porta ī Capitoliū:atq; īde domū ſuā ce
lebritate lætitiaq; comitatū honeſtauit:tātæ mihi iucūditati fuit:ut tua mihi conſcelerata illa uis non mō ꝓ
pulſanda:ſed ēt emēda fuiſſe uideatur.Quare illa calamitas ſi ita eſt appellanda:excuſſit genus totū ma
ledicti:ne quiſq̄ audeat iam reꝑhendere cōſulatū meum:tot:tantis tam ornatis iudiciis:teſtimōiis auctori
tatib' cōprobatum:ꝙ ſi ī iſto tuo maledicto ꝓbrum nō mō mihi nullū obiectas:ſed ēt laudē illuſtras me
am.Quid te aut fient:aut fingi demētius pōt:Vno enim maledicto bis a me patriā ſeruatā eſſe cōcedas.Se
mel cū id feci::quod oēs non negent:immortalitati ſi fieri poteſt mandandum. Tu ſupplicio: puniēdū pu
taſti:Iterum cum tuum multorumq; præter te inflammmatum in bonos omnes impetum meo corpore
excepi:ne eam ciuitatē quā ſeruaſſem inermis armatus in diſcrimen adducerē.Eſto nō fuit in me pœna
ulla peccati.At fuit iudicii:cuius quis me unquam ulla lege iterrogauit:quis poſtulauit:quis diē dixit po
teſt igitur damnati pœnam ſuſtinere indemnatus:Hoc tribunitiunt eſt:hoc populaꝛ:q̄q̄ ubi tu te popula
tione quod ſentio:ſi iam uiolentior aliqua in re geſta Cæſar fuiſſet:ſi eum magitudo contentionis:ſtudiũ
gloriæ:præſtans animus:excellens nobilitas aliquo impuliſſet:quod i illo uiro & tum ferẽdũ eſſet & ma
ximis rebus:quas poſtea geſſit:oblitterandũ.Id tu tibi furcifer ſumes:& uatinii latronis ac ſacrilegi uox au
dietur:hoc poſtulantis ut idem ſibi concedatur.quod Cæſari?Sic enim ex te quæro.tri.ple.fuiſti. Seiũge
te a cõſule.Collegas habuiſti uiros fortes nouẽ.Ex his tres erant quos tu quotidie ſollebas de cœlo ſer
uare:quos inuidebas quos priuatos eẽ dicebas:de qbus tuos prætextatos ſedẽtes uides te ædilicia prætex

ta i togam quam fruſtra cõfeceras:uendidiſſe: Tertium ſcies ex illo obſeſſo atque afflicto tribunatu conſu
larem auctoritatem hominem eſſe adoleſcentem conſecutum. Reliqui ſex fuerũt: ex quib' partim plane
qui tecum ſentiebant: partim medium quendam curſum tenebant omnes habuerũt lege promulgatas
in te. Is meus neceſſarius & de mea ſententia. C. Coſconius iudex noſter. quem diſrũpens cum ædilitiũ
uides. Volo mihi reſpondeas: num quis ex tot collegio legem ſit auſus ferre præter unũ te? quæ tanta fu
it in te audacia? quæ tanta uis: ut cum tui nomen collegæ ſibi timendum eſſe duxerint: id un' tu emerſus
e ceno omnium facile omnibus infimus contẽnendum deſpiciendum irridendũ putares? Nũ quẽ poſt
urbem cõditã ſcias tri. ple. egiſſe cum plebe: cum conſtaret ſeruatum eſſe de cælo ſimul etiam illud uolo
uti reſpondeas cum trib. pleb. eſſet etiam tũ in Repu. lex helia & fuſia quæ leges ſæpenumero tribunitios
furores debilitarunt & repreſſerunt quas contra præter te nemo unq̃ eſt facere conatus: quæ quidẽ leges
anno præſidentibus i templo non duobus conſulibus: ſed proditoribus huius ciuitatis: ac peſtib' una cũ
auſpiciis: cum intercesſionibus cum omni iure publico. conflagrauerunt. Ecquãdo dubitaris cõtra eas le
ges cum plebe agere? Num quem ex omnibus tribunis plebis quicunque ſeditioſi fuerint. tã audacẽ au
dieris fuiſſe: ut unq̃ contra legẽ heliam aut fuſiam conſilium cõuocaret: Quæro etiam il'ud ex te cona
tus ne ſis: uolueris ne denique cogitaris: Eſt enim res eiuſmodi: ut ſi tibi i mentẽ modo uenit: nemo ſit q
te ullo cruciatu eſſe idignum putet. Cogitaris ne in illo tuo intollerabili nõ regno (Nam cupis id audiri)
ſed latrocinio augurem fieri pro. Qu. Metello: cum ut quicunq; te aſpexiſſet: duplicem dolorem gemitũq;
ſuſcepiſſet: & ex deſiderio clariſſimi & fortiſſimi ciuis: & ex honore turpiſſimi atque iprobiſſimi. Adeo ne
labefactam Rempublicam te Tribuno: neque conquaſſatam ciuitatem: ſed captam hãc urbem: atq; euer
ſam putares: ut augurẽ Vatinium ferre poſſemus? Hoc loco quæro ſi id quod concupieras augur factus
eſſes: in qua tua cogitatione nos eſſemus? qui te oderamus uix dolorem ferebamus. Illi autẽ quib' eras in
delitiis: uix riſum tenebant. Sed quæro: ſi ad cætera uulnera quibus putaſtis Rempub. deleri: hãc quoque
mortiferam plagam infixiſſes auguratus tui: utrum decreturus fueris id: quod augures omnes uſque a Ro
mulo decreuerunt: Ioue fulgẽte cũ populo agi nephas eſſe: an quia tua ſemp ſic egiſſes auſpicia: fueris au
guria diſſoluturus? Ac ne diutius loquar de auguratu tuo: quod inui' facio: ut recorder ruinas Reipub. Ne
que enim te unquam ſtante nonmodo maieſtate horum: ſed etiam urbe augurem fore putaſti? Verũta
men ut ſomnia tua relinquam: ad ſcelera ueniam: Volo ut mihi reſpondeas cum. M. Bibulum cõſ. nõ di
cam bene de. Republi. ſentientem: ne tu mihi homo potẽs iraſcare: qui ab eo diſſenſiſti: ſed hominẽ cer
te nuſquam progredictem: nihil Reipubli: molientem: tantum animo ab actionibus tuis diſſentientẽ: cũ
eum tu cõſulem in uincula duceres: & a tabula Valerii collegæ tui mitti iuberẽt: feceris ne antea roſtra põ
tem continuatis tribunalibus: per quẽ conſul Po. Ro. iã: moderatiſſimus & conſtantiſſim' ſublato auxi
lio: excluſis amicis: ut perditoram hominũ incitato turpiſſimo miſerrimoque ſpectaculo non in carcerẽ:
ſed ad ſupplicium & ad necem: duceretur? Quæro num quis ante te tam fuerit nephari': qui id fecerit: ut
ſciamus utrum ueterũ facinorum ſis imitator an inuentor nouorũ? Idem que tu cum his atq; huiuſmo
di conſiliis ac facinoribus nomẽ. C. Cæſaris clamentiſſimi atq; optimi uiri: ſcelere uero atque audacia tua
M. Bibulum foro: curia: templis: locis omnibus expuliſſes: incluſum domi contineres: cunq; nõ maieſta
te imperii: non iure legum: ſed ianuæ præſidio & parietum cuſtodiis Coſ. uita tegeret: miſeriſne uiatorẽ:
qui: M. Bibulum domum ui extraheret: ut quod eſt in priuatis ſemper obſeruatũ: id te Tri. ple. conſulis do
mus exilium eſſe non poſſet. Simul mihi reſpondeto tu qui nos: qui de cõmuni ſalute cõſentimus i tyrã
nos. uocas: fueris ne non Tri. ple. ſed intolerandus ex ceno neſcio qui aut ex tenebris tyrãnus? qui primũ
eam rempu. quæ auſpiciis inuentis conſtituta eſt: iiſdem auſpiciis ſublatis cõare puertere. Deinde ſanctiſ
ſimas leges Heliam & fuſiã quæ in Gracchorum ferocitate: & in audacia Saturnini: & in colluuione Dru
ſi: & in contentione Supplicii: & in cruoẽ cinnano: & inter Syllana arma uixerunt ſolus concularis: & pro
nihilo putaris. Qui coſ. morti adieceris: incluſum obſedens: extrahere ex ſuis teſtis cõatus ſis: qui ex eo ma
giſtratu non emerſeris ex mendicitate: ſed etiam ex diuitiis non iã tuis terreas: Fueris ne tãta crudelitate
ut delectos uiros & principes tollere: & delere tua rogatione conareris. Cum enim. L. Vectiũ qui in Sena
tu confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe. Cn. Pompeio ſummo & clariſſmo ciui ſuis manib' offerre uoluiſſe: i
cõcionem produxeris indicem in roſtris in illo inquam augurato temulo ac loco collocãs quo auctorita
tis exquirendæ cauſa cæteri tri. ple. principes ciuitatis dicere conſueuerunt. ibi tu indicem uictium uocẽ
& linguam ſuam ſceleri & mẽti tuæ præbere uoluiſti. Diceret. L. Vectius in concione tua rogat' ante ſeſe
auctores & impulſores ſocios habuiſſe ſceleris illius eos uiros qbus e ciuitate ſublatis quod tu eo tẽpore
moliebare: ciuitas ſtare non poſſet. M. Bibulum cuius incluſiõe contẽtus nõ eras interficere uolueras: ſpo
liaueras conſulatu: patria priuare cupiebas. L. Lucullum: cuius tu reb' geſtis ꝙ ipſe ad iperatorias laudes
a puero uidelicet ſpectaras: inuehemẽtius inuidebas. Curionem ppetuũ hoſtem improbarũ omniũ anctã
rem publici conſilii libertate communi tuendam maxime liberum tuuentutis cum. R. P. coniunctorem
etiam q̃ ab: illa ætate poſtulandum fuit: delere uoluiſti. L. Domitium: cuius dignitas & ſplẽdor pſtringe
bat oculos credo Vatinii: quem tu propter cõmune odium in bonos oderas: in poſterum propter omni
um ſpem: quæ de illo eſt. Atque erat. ante aliquando timebas. L. Lentulum hunc: iudicẽ noſtrũ flaminẽ.
Martialem ꝙ erat eo tempore Gabinii tui competitor eiuſdem Vectii idicio opprimere uoluiſti q ſi tum
illam labem peſtemque uiciſſet quod & tuo ſcelere non licuit: reſpu. uicta non eſſet. Huius etiam filiũ eo
dem indicio & crimine ad patris interitum aggregare uoluiſti. Lucium Paulũ qui cũ quæſtor Macedo
niẽ obtinebat: quem ciuem. Quem utrum: qui duces nepharios patriæ ꝓditores domeſticos hoſtes le

gibus exterminarat:hominem ad conſeruandam Rempublicã natum in idem Vectii indiciũ:atque in eũ
dem hunc numerum congregaſti.Quid ergo de me querar:qui etiã gratias tibi agere debeo ꝙ me ex for
tiſſimorum ciuium numero ſeiungendũ non putaris.Sed qui fuit tuus ille tantus furor:ut cũ iam Vectius
ad arbitrium tuum peroraſſet:& ciuitatis lumina notaſſet:deſcendiſſet que de roſtris.Eum repẽte reuoca
res:colloquerere.Po.R.uidente.Deinde interrogares ecquoſnam alios poſſet nominare?Inculcaris ne ẽt
ut.Cn.Piſonem generum meum nominaret:qui in ſumma copia optimorum adoleſcentiũ pari continẽ
tia uirtute pietate reliquit neminem.Itemque.M.Laterenſem hominẽ dies ac noctes de laude Reipub.co
gitantem:promulgaris ne impuriſſime & perditiſſime hoſtis quæſtionem de tot ampliſſimis & talibus ui
ris iudicium uni Vectio præmia ampliſſima:quibus rebus omnium mortaliũ non uoluntate:ſed conuitio
repudiatis deinde fregeris in carcere ceruices ipſi Vectio:ne quod indicium corrupti iudicii extaret:eiuſque
ſceleris in teipſum quæſtio flagitaretur:Et quoniam crebro uſurpas:legem te de alternis cõſiliis reiiciẽdis
tuliſſe:ut omnes intelligant te nec recte quidem facere ſine ſcelere potuiſſe.Quæro cũ lex eſſet æqua pro
mulgata iunio magiſtrat⁹ multas etiam alias tuliſſes:expectaris ne cum.C.Antonius re⁹ fieret apud Cn.
Lentulum.Qu.Claudianum?& poſteaꝗ ille eſt reus factus:ſtatim tuleris in eum qui tuã poſt legẽ reus fa
ctus eſſe:ut homo conſularis excluſus miſer puncto tẽporis ſpoliaretur beneficio & æquitatẽ legis tuæ.Di
ces familiaritatem tibi fuiſſe cum.Q.Maximo præclara defenſio facinoris tui.Nam Maximi quidẽ ſum
ma laus eſt ſumptis inimicitiis ſuſcepta cauſa quæſitore conſilioque delecto:cõmodiore inimico ſuo con
tentionem rele ctiõis dare noluiſſe.Nihilque Maximus fecit alienũ aut ſua uirtute aut illi⁹ familiariſſimis
clariſſimis uiris Paulis:Maximis:Africanis:quorum gloriam huius uirtute renouatã non modo ſperam⁹
uerumetiam iam uidemus.Tua fraus:tuum maleficiũ ſcelus illud eſt:id quod promulgaſſes miſericor
diæ nomine:ad crudelitatis tempus diſtuliſſe.At nũc quidem.C.Antonius hac una te miſeriã ſuam con
ſolatur.Quod imagines patris & fratris ſui fratriſque filiam nõ in familia.Sed in carcere collocatã audire
maluit quam uidere.Quoniam pecuniã aliorũ deſpicis:de tuis diuitiis intolerantiſſime glorians.Volo uti
mihi reſpondeas.Feceris ne fœdera Tri.Ple.cum ciuitatibus:cum regib⁹:cum tetrarchis:erogari ne pecu
nias ex ærario tuis legib⁹ eripueris ne partim illo tempore cariſſimas partim a.Cæſare:partim a publica
nis?Quæ cum ita ſint quæro ex te ſis ne ex pauperrimo diues fact⁹ in illo ipſo anno:quo lex lata eſt de pe
cuniis repetundis acerrima:ut omnes intelligere poſſent:a te non modo noſtra quos tyrannos uocas:
ſed etiam amiciſſimi tui legem eſſe contemptam:apud quem etiã tuos criminari ſoles:qui illi ſumus ami
ciſſimi & contumelioſiſſime totiens maledicas:quotiens illius aſſinem te eſſe dices.Atque etiã illud ſcire
ex te cupio:quo conſilio aut qua mente feceris ut in epulo Qu.Arrii familiaris noſtri cum toga pulla accũ
beres:quem unquam uideris:quẽ audieris:quo exẽplo:quo more feceris?dices ſupplicationes te illas nõ
probaſſe optime:nullæ fuerint ſupplicatiões:Vides ne me nihil de anni illi⁹ cauſa:nihil de eo quod tibi cũ
ſummis uiris commune eſſe uideatur:ſed de tuis ꝓpriis ſceleribus ex te quærere?nulla ſupplicatio fuerit
cedo:quis unquam cœnauit atratus.Ita enim illud epulum eſſe funebre:ut mun⁹ ſit funeris:epulæ quidẽ
ipſæ dignitatis:Sed omitto epulum.P.R.feſtum diem argẽto:ueſte omni apparatu ornatuq; uiſendo.qs
unꝗ in luctu domeſtico:quis in funere familiari cœnauit cũ toga pulla cui de balneis exeunti præter te to
ga pulla data eſt?cum tot hominum milia accumberẽt.Cum ipſe epuli etiam dominus.Qu.Arrius albat⁹
eſſet tu in templum Caſtoris:te cum.C.Fidulo atrato cæteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti.Quis tũ nõ
ingemuit?quis non doluit Reipub.caſum?Quis ſermo alius illo epulo fuit:niſi hanc tantam & tã grauẽ
ciuitatem ſubiectam eſſe non modo furori:uerumetiam irriſioni tuæ.Hũc tu morem ignorabas.Nũ quã
epulum uideras:nũquam puer aut adoleſcens inter cœnos fueras.Fauſti adoleſcentis nobiliſſimi paulã
te ex epulo magnificentiſſimo famem illam ueterem tuam non expuleras:quam accumbere atratũ uide
ras:dominum cum toga pulla & eius amicos ante conuiuium?Quæ te tanta tenuit inſania:ut tũ niſi id fe
ciſſes:quod fas non fuit:niſi uiolaſſes templum Caſtoris nomen epuli:oculos ciuium:morem ueterẽ:ei⁹
qui te inuitarat auctoritatem:parum putares teſtificatum eſſe ſupplicationes te illas non putare:Quæro il
lud etiam ex te ꝙ priuatus admiſiſti:in quo certe iam tibi dicere non licebit:cũ clariſſimis uiris cauſam tu
am eẽ coniunctam.poſtulatus ne ſis lege Licinia & Iunia edixerit ne Memmius prætor ex ea lege:ut adeſ
ſes die.xxx.cum is dies ueniſſet feceris ne quod in hac Repu.non modo factum antea unquã fuerat:ſed
in omni memoria ſit omnino inauditũ.appellaris ne tri.ple.ne cauſam diceres:leuiꝰ dixi ꝗꝗ idipſum eẽt
& nouum & ferendum:ſed appellaris ne nominatum poſtem illius anni:furiam patriæ:tempeſtatẽ Rei
pub.Clodium qui tamẽ cum iure cum more:cum poteſtate iudicium impedire non poſſet:rediit ad illã
uim & furorem ſuum:decemq; ſe militibus tuis præbuit.In quo ne quid a me dictum in te potius putes ꝗ
abs te eẽ quæſitum:nullum omnes imponam mihi teſtimonii.Quæ mihi breui tempore ex eodem iſto lo
co uideo eẽ ſeruãda:uel dicẽda ſeruabo:teque nõ arguam:ſed ut in cæteris rebus feci:rogabo.Quæro:ex
te.Vatini:nunquis in hac ciuitate poſt urbẽ cõditam tri.ple.appellarit:ne cauſam diceret.Nunquis reus in
tribunal ſui quæſitoris aſcẽderit:eumque ui deturbarit.ſubſellia diſſiparit urnas deiecerit:eaſque denique
omnes res in iudicio deturbando commiſerit.Quarum rerum cauſa iudicia ſunt cõſtituta.Scias ne tũ fu
giſſe.Memmium accuſatores eſſe tuos de tuis tuorumq; manibus ereptos.Iudices quæſtionũ de proxi
mis tribunalibus eſſe depulſos:in foro luce inſpectante Popu.Roma.quæſtionem magiſtratus mor ma
iorum leges iudices reis pœnam eſſe ſublatam.Hæc omnia ſcias ne diligẽtia.Volo etiã audire de te.quo
tandem Senatuſcõſulto legatus ſis.De geſtu intelligo quid reſpõdeas:tua:lege dicis.Es ne igiť patriæ cer
tiſſimus parricida.Spectaras ne ut id patres conſcripti ex Republi.funditus tollerentur:Ne hæc quidẽ Se

natui relíquebas:quæ nemo unquã ademit:ut legati ex eius ordinis auctoritate legarẽtur?Adeo ne tibi
ſordidum conſilium publicum uiſum eſt?Adeo afflictus Senatus?Adeo miſera & proſtrata reſpubli.tut
non nuncios pacis ac belli:non curatores:nõ interpretes:nõ bellici conſilii auctores:non miniſtros mu
neris prouincialis Senatus more maiorum diligẽ poſſit?Eripueras Senatui prouiciæ decernẽdæ pote
ſtatem.Imperatoris deligendi iudicium ærarii diſpenſationem:quæ nunquam ſibi Populus romãus ap
petiuit:qui nunquam aut ſummi conſilii gubernationem auferre conatus eſt.Age factum eſt horum ali
quid in aliis raro.Sed tamẽ factum eſt:ut populus deligeret.Imperatorem: Quis legatos unquã audiuit
ſine Senatuſconſulto:ante te nemo:poſt te continuo fecit idem ĩ duobus ꝓdigiis reipubli.Clodius:quo
etiam es maiore malo mulctandus:ꝗ non ſolum facto tuo:ſed etiam exemplo rẽpu.uulneraſti:neq; tan
tum es contentus improbus eſſe:ſed etiam alios docere uoluiſti.Atque etiam illud a te audire cupio:qua
re cum legẽ ego de ambitu tulerim ex Senatuſconſulto tulerim ſalua lege Helia & fuſia:tu eam eẽ legẽ
non putes:præſertim cum ego legibus tuis quoquo modo latæ ſint:paream?At ſi omnia hæc contẽnis
ac deſpicis:ꝗ ita tibi perſuaſeris:ut palam dictitas:te diis hominibuſque inuitis amore in te ĩcredibili quo
dam Cæſaris omnia quæ uelis cõſecuturum:ecquid audieris:ecquis nam tibi dixerit.Cæſarem nuper Aq
leiæ cum de quibuſdam mentio eſſet facta dixiſſe.C.Alſium prætorem permoleſte tuliſſe:ꝗ in hõſe ſum
mam fidem probitatemque cognoſceret:grauiterque etiam ſe ferẽ prætorem aliquem eſſe factum qui a
ſuis rationibus diſſenſiſſet:cum quæſiſſe quendam de Vatinio quemadmodũ ferret ipſũ reſpondiſſe Va
tinium in tribunatu gratis nihil feciſſe:qui omnia ĩ pecunia poſuiſſet honore æquo animo carere debere.
ꝗ ſi ipſe qui te ſuæ dignitatis augendæ cauſa periculo tuo nullo ſuo delicto ferri præcipitẽ ẽ facile paſſus
tamen te omni honore indigniſſimum iudicat:ſi te uicini:ſi te affines:ſi te tribules ita oderũt ut repulſã
tuam triumphum ſuum duxerint:ſi nemo aſpicit quin ingemiſcat.Nemo mentionem facit:qui exercet.
Si uitant:fugiunt:audire de te nolũt:cum uiderint:tanquam auſpicium malũ deteſtantur.Si cognati reſ
puũt:uicini metuunt:affines erubeſcunt.ſi Romæ denique ab ore iprobo demigrarunt:& aliis iam ſe lo
cis collocarunt:ſi es odium publicum populi.Senatus:uniuerſoꝝ hominum:quid eſt quamobrem ꝑtu
ram potius exoptes:ꝙ mortem?præſertim cũ popularem te uelis eſſe?neque ulla in re populo gratius fa
cere poſſis?Sed ut aliquãdo audiam:ꝙ copioſe mihi ad iterrogata reſpondeas.Concludam iam interro
gationem meã:teque minus extremo de ipſa cauſa rogabo.Quæro quæ tanta in te leuitas:tanta leuitas
uerit:ut Titum Annium iiſdẽm uerbis laudares quibus eum laudare & boni uiri & boni ciues cõſuerũt.
Cum in eundem nuper cupidiſſime falſum teſtimonium dixeris?An erit hæc optio & poteſtas tua:ut cũ
clodianas operas & facioroſorum hominum manum uideris Milonem dicas gladiatoribus & beſtiariis
obſediſſe Rempubli.Cum autem ad tales homines ueneris nõ audeas ciuẽ ſingulari uirtute:fide:cõſtã
tia uituperare.Sed cum Titum Annium tantopere laudes & clariſſimo uiro nõnullam laudatione tua la
beculam aſpergas.In illorum enim numero mauult Titus Annius eſſe qui a te uituperantur.Verũ etiam
quæro cum in Republi.adminiſtranda Tito Annio cum.P. Sextio conſiliorũ omniũ ſocietas fuerit:qui
poſſis eos quos crimine coniungis teſtimonio disiungere non arguo ĩ conſtantiam rationis ac teſtimoĩi
tui ne quid tibi auctoritatis a me tributum eſſe uideatur.

M. T. C. PRO MARCO CAELIO: ORATIO.

SI Q. VISI VDICES FORTE NVNC ADSIT IGNARVS LEGVM:IVDICIORVM:
Cõſuetudinis noſtræ:miretur profecto quæ ſit tãta atrocitas huiuſce cauſæ:ꝗ diebus feſtis
ludiſque publices:omnibus negociis forenſibus intermiſſis:unum hoc iuditiũ exerceat.
Nec dubitet.Quin tãti facinoris reus arguatur:ut eo neglecto ciuitas ſtare nõ poſſit.Idẽ cũ
audiat eſſe legẽ.Quæ de ſeditioſis ſceleratiſque ciuibus:qui armati Sẽatũ obſederũt:magi
ſtratibuſq; uim attulerunt.Rempubli.oppugnarint:quottidie quæri iubeat:legem non imploret:crimen
quod uerſetur in iuditio requirat:cum audiat nullum facinus:nullam audatiam:nullam uim in iudiciũ
uocari.Sed adoleſcentem illuſtri ingenio:induſtria:gratia accuſari ab eius filio.Quem ipſe in iuditium
& uocet:& uocarit.Oppugnari autem hoc opibus meretriciis.Atratini illius pietatem non repræhendat.
muliebrem libidinem comprimendam putet.Vos laborioſos exiſtimet.Quibus ocioſis ne in commu
ni quidem ocio liceat eſſe.Etenim ſi attendere diligenter:exiſtimare uere de omni hac cauſa uolueritis:ſic
conſtituetis iudices nec deſcenſurum quemꝙ ad hanc accuſationem fuiſſe cui utrum uellet:liceret nec cũ
deſcẽdiſſet:quicquam habiturum ſpei fuiſſe:niſi alicuius ĩtolerabili libidine & nimis acerbo odio nitere
tur.Sed ego Atratino humaniſſimo atque optimo adoſcenti meo neceſſario ignoſco:qui habet excuſa
tioẽm uel pietatis:uel neceſſitatis:uel ætatis ſi uoluit accuſare:pietati tribuo.Si iuſſus eſt:neceſſitati.Si ſpe
rauit aliquit pueriticiæ.Cæteris nonmodo nihil ignoſcendum:ſed etiam eſt acriter reſiſtendum.At mihi
quidem uidetur iudices hic introitus defenſionis adoleſcentiæ.M.Celii maxĩe conuenire:ut ad ea quæ
accuſatores deformandi huius cauſa:detrahendæ ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt:primum reſ
pondeam.Obiectus eſt pater uarie:ꝗ aut parum ſplendidus ipſe:aut parum pie tractatus a filio diceretur.
De dignitate Cælius notis ac maioribus natu:& ſine mea oratione tacitꝰ facile ipſe reſpondet.Quibus au
tem propter ſenectutem ꝗ iam diu minus in foro nobiſcũ quoq; uerſatur.nõ æque eſt cognitus.Hi ſic ha
beant quæcũque in equite Roma.dignitas eſſe poſſit:quæ certe poteſt eſſe maxima:eam ſemper in.M.Cæ
lio habitam eſſe ſummam:hodieq; haberi non ſolum a ſuis:ſed etiã ab omnibus quibus potuerit aliqua
de cauſa eſſe notus.Equitis autem Ro.eſſe filiũ criminis loco poni ab accuſatoribus neq; his iudicãtibus
oportuit:neq; defẽdentibus nobis.Nam quod de pietate dixiſtis.Eſt quidẽ iſta ueſtra exiſtimatio.Sed iu

dicium certe parētis.Quid nos opinemur:audietis ex iuratis:qd parētes ſentiant:lachrymę matris icredi
bilisq; mœror ſqualor patris & hæc præſens mæſticia quam cernitis luctuſq; declarat. Nam quod ē obie-
ctū municipibus eē adoleſcētē non ꝓbatū ſuis:nemini unq̄ præſenti prætoriani maiores honores habue-
runt.q̄.M.Cælio:quem abſentem in ampliſſimū ordinē coaptauerunt:& ea non petenti detulerunt:quæ
multis petentibus denegarūt.Idemq; nunc lectiſſimos uiros & noſtri ordinis & æquites Ro.cum legatio
ne ad hoc iudiciū:& cum grauiſſima atque ornatiſſima laudatione miſerūt.Videor mihi ieciſſe fundamē-
ta defenſionis meæ:quæ firmiſſima ſunt ſi nitantur iudicio ſuorū.Neque enim uobis ſatis commendata
huius ætas eſſe poſſet:ſi non modo parēti taliuiro.Verūetiam municipio tam illuſtri ac tam graui diſpli-
ceret.Equidē ut ad me reuertar ab his ſontibus profluxi ad hominum famam:& meus hic forenſis labor
uitæq; ratio dimanauit ad extimationē hominum paulo latius cōmendatione ac iudicio meorū. Nam
qđ obiectum eſt de pudicitia:qq; omnium accuſatorum non criminibus:ſed uocibus maledictiſq; cele
bratum eſt.Id nunquam tam acerbe ferret.M.Cælius:ut eum pœniteat non deformē eſſe natū. Sunt &
enim iſta maledicta peruulgata i omnes:quorum i adoleſcētia forma & ſpecies fuit liberalis. Sed aliud ē
maledicere aliud eſt accuſare.Accuſatio crimē deſiderat:rem ut definiat:hominem ut notet argumēto ꝓ-
bet:teſte confirmet.Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliā:quæ ſi petulantius iactat
conuitiū:ſi facetius.Vrbanitas nominatur.Quam quidem partē accuſationis admiratus ſum:& moleſte
tuli potiſſimū eſſe Attatino datam.Neque enim dicebat:neq; ætas illa poſtulabat neq; id quod animad-
uertere poteratis pudor patiebatur optimi adoleſcentis in tali illum oratione uerſari.Vellē aliquis ex uo
bis illuſtrioribus hunc maledicēdi locū ſuſcepiſſet aliquanto liberius & fortius & magis more noſtro re-
futaremus iſtā maledicēdi licentiam.Tecum Attatine agam lenius q; & pudor tuus moderatur orationi
meæ & meum erga te parētemq; tuum beneficium tueri debeo Illud tamen te admonitū eſſe uolo pri-
mum qualis ex talē te exiſtimes:ut quantum a rerum turpitudine abes:tantum te a uerborū libertate ſe
iungas deinde ut ea in alterū ne dicas:quæ cum tibi falſo reſpōſa ſint erubeſcas quis eſt enim cui iſta uia
non pateat:qui ætati atque etiam iſti dignitati nō poſſit q̄ uelit petulanter etiam ſine ulla ſuſpicione:at nō
ſine argumento maledicere?Sed iſtarū partium culpa eſt eorum qui te agere uoluerūt.Laus pudoris tui
q; ea te inuitum dicere uidebamus.īgenii q; ornate politeque dixiſti.Verum ad iſtam cōmunem oratio
nē breuis ē defenſio.Nam quoad ætas.M.Cælii dare potuit ſuſpicioni locum:fuit primum ipſius pudo-
re deīde etiā patris diligentia diſciplinaque munita:qui ut huic uirilem togā dedit:nihil dicam hoc loco
de me tātum ſit quantum uos exiſtimatis.Hoc dicam hunc a patre cōtinuo ad me eſſe deductum.Nemo
hunc.M.Cælium in illo ætatis flore uidit:niſi aut cū patre:aut mecū aut in.M. Craſſi caſtiſſima domo cū
artibus honeſtiſſimis erudiret.Nam quod Catilinæ familiaritas obiecta eſt Cælio:longe ab iſta ſuſpicio
ne abhorrere debet.Hoc enim adoleſcēte ſcitis cōſulatum mecum petiſſe Catilinam:ad quem ſi acceſſit
aut ſi a me diſceſſit unquam q̄q̄:multi boni adoleſcētes illi homini nequā atq; improbo ſtuduerūt:tamē
exiſtimetur Cælius Catilinæ non nimium familiaris fuiſſe.At enim poſtea ſcimus & uidimus eſſe hūc i
illius amicis quis negat?Sed illud ego tēpus ætatis quod ipſum ſua ſponte infirmū aliorum libidine infe-
ſtum eſt.Id hoc loco defendo.Fuit aſſiduus mecum prætore me:non nouerat Catilinā.Africam tū præ
tor ille obtinebat:ſecutus eſt annus cauſā de pecuniis repetundis Catilina dixit mecum erat hic illi ne ad
uocatus quidē uenit unquam.Deinceps fuit ānus:quo ego conſulatum petiui petebat Catilina mecum
Nūquam ad illū acceſſit:a me nunquā receſſit.Tot igitur annos uerſatus in foro ſine ſuſpicione ſine infa
mia ſtuduit Catilinæ iterum petenti:quem ergo ad finem putas cuſtodiendā illam ætatem fuiſſe?Nobis
quidē olim annus erat unus ad cohibēdū brachium toga conſtitutus & ut exercitatiōe ludoque campeſtri
tunica uteremur:eademq; erat ſtatim mereri ſtipēdia cœperamus:caſtrenſis ratio ac militaris:qua in æta
te niſi qui ſe ipſa grauitate & caſtimōia:& cum diſciplīæ domeſtica tum etiam naturali quodā bono defē
deret:quoquo modo a ſuis cuſtoditus eſſet:tamē infamiam ueram effugere nō poterat.Sed ſi prima illa
initia ætatis integra atq; inuiolata præſtitiſſet:de eius fama ac pudicitia:cum is iā ſe corroborauiſſet ac uir
inter uiros eſſet:nemo loquebatur.Studuit Catilina cū iā aliquod annos eſſet i foro Cælius:& multi hoc
idem ex omni ordine atq; ex omni ætate fecerunt.Habuit enī ille ſicuti meminiſſe uos arbitror:permul
ta maximarū nō expreſſa ſigna:ſed adumbrata uirtutum.Vtebatur hominibus improbis multis:& qui
dem optimis ſe uiris deditum eē ſimulabat.Erant apud illum illecebræ libidinum multæ.Erant etiam in
duſtriæ quidam ſtimuli ac laboris.Flagrabant uitia libidinis apud illum uigebāt etiā ſtudia rei militaris
Neq; ego fuiſſe unquam tale monſtrum in terris ullum puto:tam ex contrariis diuerſiſque inter ſe repu
gnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſq; conflatum. Quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior
quis temporibus coniunctior?quis ciuis meliorum partium aliquādo?quis terrior hoſtis huic ciuitati?
q̄s in uoluptatibus inquinatior?quis in laboribus patientior?q̄s in rapacitate auarior?quis in largitiōe effu
ſior?Illa uero iudices in illo homine mirabilia fuerunt:cōprehendere multos amicitia:tueri obſequio:cū
omnibus cōmunicare q; habebat:ſeruire tēporib⁹ ſuorum oīum pecunia:gratia:labore corporis:ſcelere:etiā
ſi opus eēt audacia:uerſare ſuam naturā & urgere ad tēpus:atq; huc & illuc torquere ac flectere:cū triſtibus
ſeuere:cū remiſſis iucūde:cum ſenibus grauiter:cum iuuētute comiter:cum facinoroſis audacter:cū libi-
dinoſis luxurioſe uiuere.Hac ille tam uaria multiplicīq; natura cum oīs oibus ex terris homīes iprobos
audaceſq; collegerat:tum etiā multos fortes uiros & bonos ſpecie quadam uirtutis aſſimulatæ tenebat.
Neq; unq̄ ex illo dolēdi huius:impii tam cōcitatus ipetus extitiſſet:niſi tot uitiorum tāta immanitas quibuſ-
dam facilitatis & patiētiæ radicib⁹ niteretur.Quare iſta conditio iudices reſpuatur:nec Catilinæ familiari

tatis crimẽ hæreat.Eſt eni cõe cum multis:& cum quibuſdã etiam bõis:meipſum me inq̃ quodã pene ille
decepit:cũ & ciuis mihi bonus & optimi cuiuſq; cupidus & firmus amic⁹ & fidelis uideret cuius ego facio
ra oculis:priuſq̃ opinione manibus ante quã ſuſpicione deprehendi cuius i magnis cateruis amicorũ ſi fu
it etiam Cælius magis eſt ut ipſe moleſte ferat erraſſe ſe:ſicut & nonnunquã i eodẽ homine me quoq; er
rons mei pœnitet:quã ut iſtius amicitiæ crimẽ reformidet.Itaq; a maledictis pudicitiæ:ad coniuratiõis in
uidiam oratio eſt noſtra delapſa.Poſuiſtis eni atq; id tamẽ titubanter & ſtrictim coniuratiõis huc propter
amicitiã Catilinæ participem fuiſſe:i quo non modo ſi ſocius coniurationis:ſed niſi inimiciſſim⁹ iſtuis ſce
leris fuiſſet nũquã cõiuratiõis accuſatione adoleſcentiã ſuam potiſſimũ cõmendare uoluiſſet.Quod haud
ſcio an de ambitu & de criminibus iſtis ſodalium ac ſequeſtrium:quoniã huic locidi ſimiliter reſpondẽdũ
putẽ.Nunq̃ eni ti Cælius amens fuiſſet:ut ſi ſe iſto ĩfinito ambitu cõmaculaſſet:ambitus alterũ accuſaret
Neq;.n.eius facti in altero ſuſpicionẽ quæreret:cui⁹ ipſe ſibi ꝑpetuã:licentiam optaret.Nec ſi ſibi ſemel peri
culum ambitus ſubeundũ putaret:ipſe alterũ iterum ambitus crimine acceſeret. Quod q̃q̃ nec ſapiẽter &
me inuito facit:tamẽ eſt eiuſmodi cupidus:ut magis iſectari alterius iocentiã:q̃ de ſe timide cogitarĩ uidea
tur.Nã ꝙ es alterum obiectũ eſt:ſumptus reprehenſi:tabulæ flagitatæ:uidete q̃ pauca reſpondeã. Tabulas
q in patris poteſtate eſt nullas cõfecit.Verſurã nunq̃ oino fecit ullã:ſumptus unius generis obiectus ẽ habi
tationis.xxx.milibus dixiſtis eum habitare:nunc domũ itelligo.P.Clodii iſulã eẽ uenalẽ:cui⁹ hic i ædicu
lis habitet .decẽ ut opinor milibus.Vos aũt dum illi placere uultis:ad tẽp⁹ ei mẽdaciũ ueſtrũ accõmodaui
ſtis.Reprehẽdiſtis a patre ꝙ ſemigrarit.Quod quidẽ iam in hac ætate minime reprehendendũ eſt:q cũ ex
Reip.cã iam eſſet:mihi qdẽ moleſtã:ſibi tamen glorioſam uictoriã cõſecutus:& ꝑ ætatẽ magiſtratus pete
re poſſet:non mõ ꝑmittente patre:ſed etiã ſuadẽte ab eo ſemigrauit:& cũ domus patris a foro longe abeſ
ſet:quo facilius & noſtras domos obire:& ipſe a ſuis coli poſſet:cõduxit palatio nõ magnã domũ:quo lo
co poſſum dicere id quod uir clariſſimus.M.Craſſus cũ de aduẽtu regis Ptolomæi quæreretur pauloãte
dixit utinã i nemore pelio ac longius qdẽ mihi cõtexere hoc carnẽ liceret.Nã nũq̃ hera errans hãc moleſtiã
nobis exhiberet Mædea aĩo ægra:amore ſæuo ſautia:ſic.n.iudices repietis:ꝙ cũ ad id loci uenero oſtẽdã
hanc palatiam Medæam:migrationem huic adoleſcenti cauſam ſiue malorum omnium ſiue potius ſer
monum fuiſſe. Quamobrem illa quæ ex accuſatorum oratione præmunitati iam & fingi itelligebã fret⁹
ueſtra prudentia iudices non pertimeſco.Aiebant eni fore teſtem.Senatorem:q ſe põtificiis comitiis pul-
ſatum a Cælio diceret.A quo queram ſi prodierit primum.Cur ſtatim nihil egerit:deide ſi id quæri q̃ age
re maluerit.Cur productus a uobis potius q̃ ipſe per ſe:cur tanto poſt potius q̃ cõtinuo quæri maluerit:ſi
mihi ad hæc acute arguteq; reſponderit:tamẽ quærã deniq; ex quo iſte fonte Senator emane.Nam ſi ipſe
orietur & naſcetur ex ſeſe:fortaſſe ut ſoleo commouebor: Sin autem ex riuulis acerſitus & ductus ab ipſo
capite accuſationis ueſtræ:lætabor cum tanta gratia tantiſq; opibus accuſatio ueſtra nitatur. Vunm Sena-
torem ſolum eſſe:qui uobis gratificari uellet inuenitum.Nec tamen illud genus alterum nocturnoq; teſtium
pertimeſco.Eſt enim dictum ab illis fore qui dicerẽt uxores ſuas a cœna redeũtis attrectatas eſſe a Celio.
Graues erunt homines:qui hoc iurati dicere audeant cum ſit his confitendum:nunq̃ ſe ne cõgreſſu qdẽ
& conſtituto cepiſſe de tãtis iniuriis experiri.Sed totum genus oppugnatiõis huius iudices & iã perſpici
tis animis & cum inferetur propulſare debebitis.Non enim ab iiſdem accuſatur.M.Cælius a qbus oppu
gnatur.Palam in eũ tela iaciuntur.Clam ſubminiſtrantur.Neq; id ego dico ut inuidioſum ſit in:eos i q-
bus id glorioſum hoc etiam eſſe debet.Fungũtur officio.Defendũt ſuos:faciũt quod uiri fortiſſimi ſolẽt.
Læſi dolent.Irati efferuntur pugnant laceſſiti.Sed ueſtræ ſapientiæ tamen eſt uidere nõ ſi cauſa iuſta ẽ ui
ris fortibus oppugnandi.M.Cælium:ideo uos quoq; cauſam putare eſſe iuſti alieno dolori potius q̃ ue
ſtræ fidei conſulendi.Quæ ſit multitudo in foro:quæ genera:quæ ſtudia:quæ uarietates hominum uide
tis. Ex hac copia q̃ multos homines eſſe arbitramini. Qui hominibus potentibus gratioſis diſertis cũ ali
quid eos uelle arbitrentur:ultro ſe offerre ſoleãt:operam nauare: teſtimoniũ polliceri.Hoc ex genere ſi q
ſe i hoc iudicium forte proiecerint:excluditote eorum cupiditatem iudices ſapientia ueſtra:ut eodem tẽ-
pore huius ſaluti & religioni ueſtræ & contra periculoſiſſimas hominum potẽtias conditioni omnium
ciuium prouidiſſe uideamini Eqdẽ uos abducã a teſtibus: neq; huius iudicii ueritatẽ quæ mutari nullo
mõ põt:in uoluntatẽ teſtium collocari ſentẽtia:quæ facillime fingi nullo negotio flecti & detorqueri põt
Argmẽtis agemus:ſignis luce omni clarioribus crimina refellemus:res cũ re:cã cum cauſa rõ:cũ ratione
pugnabit.Itaq; illam partẽ cauſæ facile patior grauiter & ornate a.M.Craſſo poratã:de ſeditiõibus Neapo
litanis:de Alexandrinoq; pulſatione puteolana de bonis Pallæ uellẽ dictũ eẽt ab eodem ẽt de Diõe.De
quo ipſo tamẽ qd:eſt quod expectetis:ꝙ is q fecit:aut nõ timet:aut ẽt fatetur:Eſt enim reus:qui autẽ dictus
eſt & auditor fuiſſe & conſcius.P.Aſcitus in iudicio eſt liberatus.Quod igitur aſt eiuſmodi crimen ut qui
cõmiſit non neget:q negauit:abſolutus ſit:Id hic ptimeſcat:q nõ modo a facto:uerũetiam a conſcientiæ
ſuſpicione abfuit:Et ſi Aſcitio cauſa plus ꝓfuit:q̃ nocuit inuidia : huic oberit tuũ maledictum:qui iſtius facti
nõ modo ſuſpicione:ſed ne qdem iſamia ẽ aſperſus.At præuaricatione eſt Aſcitius liberat⁹:perfacile ẽ iſti
loco reſpondere præſertim a quo illa cauſa defenſa eſt.Sed Cælius optimam cauſam Aſcitii eſſe arbit.:r
Cuiuſmodi autem ſit.a ſua putat eſſe ſeiunctam.Neq; ſolũ Cælius ſed ẽt adoleſcentes humaniſſimi & do
ctiſſimi rectiſſimis ſtudiis:atq; optimis artibus præditi Titus.C.q; omni cũ doctria homo atq; humenita-
te:tum ẽt hoſpitio Dionis tenebatur.Habitabat is apud.L.Luceium ut audiſtis:fuerat ei cognitus Alexan
driæ.Quid aut hic aut ſũmo ſplẽdore præditus frater eius de.M.Cælio exiſtimet:ex ipſis ſi ꝓducti erunt i
audietis:Ergo hæc remoueant:ut aliquãdo iquibus cauſa nititur ad eã ueniamus. Animaduerti .n.iudices

audiri a uobis meum familiarē.L.Herenium patente:in quo & ſi magna ex parte ingenio eius & dicendi
generī quodā tenebaminitamē nonnunquā uerebar ne illa ſubtiliter ad crimīnādū īdūcta oratio aíos ue
ſtros ſēſim ac leniter accēderet.Dixit enī multa de luxuria multa de libidīe:multa de uitiis iuuētutis: mul
te de moribus:ut q in reliqua uita mitis eſſet:ī hac ſuauitate humanitatis qua prope iam delectatur hoīes
uerſari plucunde ſoleret:fuit hacī cauſa pertriſtis qdā patruus cenſor magiſter:obiurgauit. M.Cæliū ſicut
nemīnē unq̄ parens.Multa de īcontinentia ītemperātiaq; diſſeruit.Quid queritis iudices ignoſcebā uo
bis attente audientibus:ppterea q egomet tā triſte illud & tā aſperum genus orationis abhorrebā.Ac pri
ma pars fuit:illa quæ me minus mouebat:fuiſſe meo neceſſaro Beſtiæ Cæliū familiarē cœnaſſe apud eū:
uentitaſſe domum:ſtuduiſſe præturæ.Nō me hæc mouēt quæ pſpicuæ.falſa ſunt. Et enī eos una cœnaſſe
falſo dicit:q aut abſunt:aut qbus neceſſe eſt idē dicere.Neq; uero me illud cōmouet:q ſibi in lupcis ſodalē
eſſe Cæliū dixit:fera quædam ſodalitas & plaue paſtoria atq; agreſtis germanorū lupercorū:quorū coitio
illa ſiluestris ante eſt īſtituta:q̄ humanitas atq;leges.Siqdē non modo nomina deferūt īter ſe ſodales:ſed
etiā cōmemorant ſodalitatē in accuſando:ut ne ſi quis id forte neſciat temeī uideaī.Sed hæc omitto:ad il
la quæ me magis mouerunt reſpondebo:delitiam obiurgatio fuit longa:& ea leuior:pluſq; diſputationis
habuit q̄ atrocitatis quo ēt audita eſt attentius.Nā.P.Clodius amicus meus cū ſe grauiſſime uehemētiſſi
meq; iactaret:& oīa īflāmatis ageret triſtiſſimis uerbis uoce maxima:tāetſi probabā eius eloquentiam:ta
men nō ptimeſcebā.Aliquot.n.iu cauſis eū uiderā fruſtra litigantē.Tibi autē Balbe reſpōdeo:primū preca
rio.ſ.ſi phas eſt defendi a me eū q nullū conuiuiū ciuium renuerit:qui unguēta ſumpſerit.q Baias uide
rit.Eqdē multos & uidi ī hac ciuitate & audiui nō mō qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc uitæ &
extremis ut dicitur digitis attigiſſent:ſed qui totam adoleſcentiā uoluptatibus dediſſet:emerſiſſe aliquan
do:& ſe ad frugē bonam:ut dicitur recepiſſe:grauiſq; homines atq; illuſtris fuiſſe.Datur enī cōceſſu omniū
huic aliquis ludus ætati:& ipſa natura profundit adoleſcentiæ cupiditates:quæ ſi ita erūpunt ut nulli⁹ uitā
labefactēt:nullius domū euertant:faciles & tollerabiles haberi ſolent.Sed tu mihi uidebare ex cōmuni iſa
mia iuuentutis aliquā īuidiam Cælio uelle cōflare.Ita omne illud ſilentiū:qd orōni tuæ tributum fuit ad
ob eā cām:q uno reo pp oſito de multorū uitiis cogitabam⁹:facile eſt accuſare luxuriē. Dies ia me deficiet
ſi que dici in eā ſententiā poſſunt coner exprimeī.De corruptelis:de adulteriis:de pro teruitate:de ſumpti
bus:imenſa oratio eſt ut tibi reum neminē:ſed uitia proponas.Res tamen ipa & grauiter accuſaī pōt.Sed
uīæ ſapiētiæ eſt iudices nō abduci ab reo:nec quos aculeos habeat ſeueritas grauitaſq; ueſtra:cū eos accuſa
tor erexit:ī rem.ī uita:ī mores:ī tempora emittere ī noīem & ī reum:cum is nō ſuo crimīe:ſed multorum
uitio ſit ī quoddā odium iniuſtum uocatus.Itaq; ſeueritati tuæ ut oportet:ita reſpondere nō audeo.Erat.n.
meū de preuaricatione adoleſcentiæ ueniā petere nō inq̄ audeo:pfugiis nō utor ætatis conceſſa:oib⁹ iura
dimitto:tantū peto ut ſi q̄ eſt īuidia cōis hoc tēpore æris alieni petulātiæ libidinū iuuentutis:quā uideo eē
magnam:ne huic aliena peccata:ne ætatis ac tēpoꝝ uitia noceat.Atq; ego idē q hæc poſtulo:qn criminibus
quæ ī hunc propriæ cōferūtur dilegentiſſime reſpōdeā:nō recuſo.Sunt aūt duo crimina auri & ueneni:in
qbus una atq; eadē pſona urgeī.Auꝝ ſūptum a Clodia.Venenum quæſitū quod Clodiæ dareī dicit.Oīa
ſunt alia nō crimia:ſed maledicta iurgii petulantis magis q̄ publicæ quæſtiōis:adulter īpudicus:ſequeſter
conuitiū eſt non accuſatio.Nullū eſt enim fundamentū horum criminū:nulla ſedes.Voce ſunt cōtume
lioſæ temere ab irato ab accuſatore nullo auctore emiſſæ.Hoꝝ duoꝝ criminū uideo fōtem.Video aucto
rem:uideo certū nomē & capud Auro opus fuit.Sumpſit a Clodia:ſumpſit ſine teſte:habuit q̄ diu uoluit
Maximū uideo ſignū cuiuſdam egregiæ familiaritatis.Negare eidem noluit.Quæſiuit uenenū ſollicita
uit quos potuit:parauit locum:conſtituit:attulit.Magnum rurſum odiū uideo cū crudeliſſimo diſſidio exti
tiſſe.Res ē oīs in hac cā nobis iudices cū Clodio mulieī nō ſolū nobili:ſed ēt nota:de qua ego nihil dicā ni
ſi depellēdi criminis cā.Sed ītelligis pro tua pſtanti prudētia.Cn.Domiti cū hac ſola rē eſſe nobis ī quæ ſi
ſe auꝝ.Cælio commodaſſe te non dicit:ſi uenenū ab hoc ſibi paratū eſſe non arguit:petulāter facimus ſi
matrēfamilias ſecus q̄ mrōnaꝝ ſanctitas poſtulat:noiam⁹.Sin iſta mulere remota:nec crimē ullā nec opes
ad oppugnādum illis relinqueni.Quid eſt aliud quod nos p̄roni facere debeamus:niſi ut eos qui īſectāſ
tur repellamus?Quod quidem facerem uehementius niſi itercederent mihi inimicitiæ cum iſtius mulie
ris uiro:fratrem uolui dicere.Semper hic uero.Nūc agā modice nec longius progrediar q̄ me mea fides
& cauſa ipſa coget:neq; enim muliebres unq̄ inimicitias:mihi gerēdas putaui:præſertim cum ea quā om
nes ſemper amicam omnium potius q̄ cuiuſq̄ inimicam putauerūt:Sed tamē ex ipſa quærā prius utrum
me ſecum ſeuere & grauiter & priſce agere malit:an remiſſe & leniter & urbane.Sin ullo auſtero moī ac
modo aliquis mihi ab iſeris excitandus eſt ex barbatis illis non hac barbula qua iſta delectatur.Sed ex illa
horrida quam in ſtatuis antiquis & imaginibus uidemus:q obiurget mulierem & pro me loquaī:ne mi
hi iſta forte ſucceuſeat.Exiſtat igitur ex hac ipa familia aliquis ac potiſſimum cæcus ille minimum enī do
lorem capiet q̄ iſtam non uidebit:qui pfecto ſi extitent ſic ager:& ſic loquetur.Mulier quid tibi cum Cæ
lio?Quid cum homine adoleſcentulo?qd cum alieno?Cur autem tam familiares huic fuiſti:ut aurū com
modares?aut tam inimica ut uenenum timeres num patrē tuum uideras?num patruum ſciebas?nū auū?
proauum:atauum audieras conſules fuiſſe.Non deniq; modo te.Qu.Metelli matrimoniū tenuiſſe ſcie
bas clariſſimi & fortiſſimi uiri patriæq; amātiſſimi:?qui ſimul ac pedem limie extulerat: omnis prope ciuis
uirtute:gloria:dignitate ſuperabat?Cum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes.Cur ti
bi Cælius tam coniunctus?fuit cognatos affinis:uiri tui familiaris:Nihil horū.Quid igitur fuit niſi quæ
dam temeritas ac libido.Nonne te ſi noſtræ imaginis uiriles nō commouebāt ne progenies quidē mea

quátú illa Claudia æmilia domeſticæ laudis in gloria muliebri eé admóebat:Nó uirgo illa ueſtalis Clau-
dia:quæ patré complexa triumphanté ab inimico Tri.Ple.de curru detrahi paſſa non eſt.Cur te fraterna
uitia potiuſq̃ bona paterna:& uita & uſq; nobiſcú in uiris tum etiam i fœminis repetita mouerunt.Ideo
ne ego pacé Pyrrhi diremi:ut tu amorú turpiſſimorú quottidiana fœdera quottidie feries.Ideo aquam
adduxi:ut ea tu inceſte uterere.Ideo uiá muniui:ut eam tu alienis uiris comitata celebrares.Sed qd ego iu-
dices ita grauě perſonam induxi:ut uerear ne ſe idem Appius repente conuertat:& Cælium incipiat accu
ſare illa ſua grauitate cenſoria.Sed uidero hoc poſterius.Atq; ita iudices ut uel ſeueriſſimis diſceptatióib'
.M.Cælii uitá me probaturæ eſſe confidam.Tu modo mulier(Iam enim ipſe tecú nulla perſona introdu-
cta loquar)Si ea quæ facis:quæ dicis:quæ in ſororem tuam moliris:quæ arguméta probare cogitas ratio-
né tátæ familiaritatis:tantæ conſuetudinis:tantæ coniunctionis reddas atq; expóas neceſſe eſt.Accuſato-
res quidem libidines:amores:adulteria.Baiis acta conuiuia:comeſſations:cantus:ſymphonia:nauigia ia
ctant:idem ſignificant nihil ſe te inuita dicere:quæ tu quoniam méte neſcio qua effrenata atq; præcipiti
in forú deferri:iudicióq; uoluiſti:aut diluas oportet:aut falſa eé doceas:aut nihil oeq; crimini:neq; tuo te
ſtimonio credédum eſſe fateare.Sin auté Vrbanius me agere mauis:ſic agam:tecum Remouebo illú ſe
né durum ac pene agreſtem.Ex his igitur tuis ſumá aliqué ac potiſſimum minimum fratrem tuú:q eſt
in iſto genere urbaniſſimus:qui te amat plurimum q propter neſcio quam credo timiditatem & noctur-
nos quoſdá inanis metus tecú ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit eum putato tecum loq.Quid
tumultuaris ſoror:qd inſanis:qui clamore exorſa uerbis paruam rem magná facis.Vicinium adoleſcen-
tulum aſpexiſti.Candor huius te & proceritas uultus oculiq; pepulerunt:ſæpius uidere uoluiſti.Fuiſti nó
núquá i iiſdem hortis uiſa nobilis mulier:& illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis
Deuinctum nó potes calcitrat.Reſpuit non putat tua dona eé tanti.Cóferte alio habes hortos ad tyberim
ac diligenter eo loco pparaſti:quo oís iuuentus natádi cauſa uenit.Hic licet conditióes quotidie legas:cur
huic qui te ſpernit moleſta es.Redeo nunc ad te Cæli uiciſſim:ac mihi auctoritatem patriáq; ſeueritaté
ſuſcipio.Sed dubito qué patrem potiſſimum ſumam.Cecilianum oe aliquem ueheméte atque durum.
Nunc enl demú mihi animus ardet:cor cumulatur ira:aut illum.O infœlix.O ſceleſte.Ferrei ſunt iſti pa-
tres.Ego oeqd dicá.Ego ne qd uelim.Ego oe quæ tu oía tuis fœdis factis facis:ut ne qcquam uelim uix ſe
réda diceret talis pater.Cur te i iſtam ciuitaté meretriciá cótuliſti.Cur illecebris cognitus nó refugiſti.cur
aliená ullá mulieré noſti.Dede te ac diſce p me licebit:ſi egebis:tibi dolebit:mihi ſat eſt:q ætatis quod re-
liquú é oblectémeæ huic triſti ac decrepito ſeni reſpóderet.Cæli'ſe nulla cupiditate iductú de uia deceſ-
ſiſſe.Quid ſigni nulli ſumptus:nulla iactura:nulla uerſura.At fuit fama.Quotus qſq; iſtá effugere poteſt:
in tá maledicta ciuitate.Viciniú eius mulieris miraris male audiſſe cuius frater germáus ſermóes iniquo
rú effugere nó potuit.Leni uero & cleméti patri cuiuſmodi ille eſt reſpondoret.Fores effregit:reſtituétur
diſcidit ueſté:reſarcietr.Filii cauſa eſt expeditiſſima.Quid enim eét in quo ſe facile nó defenderet:oihil iá
in iſtá mulieré dico.Sed ſi eſſet aliq diſſimilis iſtius:quæ ſe oíbus peruulgaret:quæ haberet palam decre-
tú ſemp aliqué cuius i hortos domú Baias iure ſuo libidines oium cómearent:qué ét aleret adoleſcétes
& parſimoniá patrú ſuis ſumptibus ſuſtétaret:ſi uidua:libere:proterua petulanter diues effuſe.Libidinoſa
meretricio more uiueret.Adulteriú ego putaré:ſi qs hanc paulo liberius ſalutaſſet:dicet aliquis.Hæc igit
eſt tua diſciplina:ſi tu inſtituis adoleſcentes:ob hác cauſam tibi húc puerú parés cómédauit & tradidit:ut
in amore ac uoluptatibus adoleſcétiá ſuá collocaret:& tu hác uitá atq; hæc ſtudia defenderes.Ego ſiquis
iudices hoc robore animi atq; hác idole uirtutis ac cótinétiæ fuit:ut reſpueret omnes uoluptates oémque
ſuæ uitæ curſum i labore corporis atq; i animi cótentióe conficeret:qué non qes:nó remiſſio:nó eqlium
ſtudia:non laudi:nó conuiuia delectarent:nihil i uita expetendum putaret:niſi quod eét cú laude & ho
nore & cum dignitate coniunctum:hunc mea ſententia diuinis qbuſdá bonis iſtructum atq; ornatú pu
to.Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror Camillos:Fabritios:Curios oéſq; eos qui ex minimis tanta fecerút.
Veṛ hæc genera uirtutú oó ſolú i moribus noſtris:ſed uix iam i libris repetiuntur.Chartæ quoque:quæ
illam priſtinam ſeueritatem continebát:obſoleuerunt neq; ſolum apud nos qui hanc ſectá ratióem:quæ
uitæ re magis q̃ uerbis ſecuti ſumus:ſed etiá apud græcos doctiſſimos homines quibus cú facere nó poſ
ſent loqui tamen & ſcribere honeſte ac magnifice licebat:Alia quædam mutatis græciæ temporibus pce
pta extiterunt.Itaq; alii uoluptatis cauſa omnia ſapiétes facere dixerunt.Neq; ab hac orationis turpitudie
eruditi homines refugerunt.Alii cum uoluptate dignitatem cóiungendam putauerút:ut res maxime in
ter ſe repugnantes dicendi facultate coniungerent.Illud unú rectum ad laudem cum labore:qui proba-
uerunt prope ſoli iam in ſcholis ſunt relicti.Multa enim iam uobis blandimenta natura ipſa genuit qbi
bus ſopita uirtus conniueret:& interdum multas uias adoleſcétiæ lubricas oſtendit:quibus illa inſiſtere
aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione uix poſſet:& multarum rerú iucúdiſſimarum uarietatem de-
dit:qua non modo hæc ætas:ſed etiam iam corroborata caperetur.Quamobrem ſi quem forte inueneri
tis qui aſpernet oculis pulchritudinem rerum nó odore ullo:non tactu:nó ſapore capiatur:excludat auri
bus omnem ſuauitatem huic homini ego fortaſſe & pauci deos propitios:pleriq; auté iratos putabút.Er
go hæc deſerta uia & inculta atq; interclusa iam frondibus & uirgultis relinquatur.Detur aliquid ætati ſit
adoleſcétia liberior non omnia uoluptatibus denegentur.Non ſemp ſuperet uera illa & directa ratio.Vi
cat aliquando cupiditas uoluptaſq; ratióem:dú modo illa hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur:
parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ:ne ſpoliet alienam:ne effundat patrimonium ne fœnore trucidetur:ne icur
rat i alterius domum atque famam:ne probrú caſtis labem itegris:infamiam bonis inferat:ne quem in

terimat:ne interſit iſidiis:ſcelere careat.Poſtremo cū paruerit,uoluptatibus dederit aliq̄d temporis ad lu
dū ætatis atq; ad inanes adoleſcentiæ cupiditates:reuocet ſe aliquando ad curā rei domeſticæ:rei forēſis
Reipublicæ.Vt ea quæ ratione antea non proſpexerat:ſatietate abieciſſe.experiēdo contēpſiſſe uideatur
At multi & noſtra & patrū maiorumque memoria iudices ſummi homines & clariſſimi ciues fuerunt.
quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent:eximiæ uirtutis firmata iam ætate extiterunt.Et qui
bus neminem mihi neceſſe eſt nominare.Voſmet uobiſcum recordamini.Nolo eni cuiuſquā fortis:atq;
illuſtris uiri:ne minimū quidem erratum cū maxima laude coniungere . Quod ſi facere uellem:multi a
me ſummi atque ornatiſſimi uiri prædicarentur.Quorū partim nimia libertas in adoleſcentia:parti ꝓfu
ſa luxuries:magnitudo æris aliēi ſumptus:libidines:nominarētur quæ multis poſtea uirtutibus obtecta
adoleſcentiæ:qui uellet excuſatione defenderet.At uero in.M.Cælio(dicā eni iā confidentius de ſtudiis
eius honeſtis audeo quadā fretus ueſtra ſapiētia liberi confiten)Nulla luxuries reperietur:nulli ſumptus
nullū æs aliēnū nulla conuiuiorum ac luſtrorū libido.Quod quidem uitium uentris & gutturis nō mo-
do non minuit ætas hoībus:ſed ēt auget.Amores autē & hæ delitiæ quæ uocantur:quæ firmiore animo
præditis diutius moleſtæ nō ſolent eſſe:matura eni celeriter defloreſcunt:nūquā hunc occupatū īpeditū
quæ tenuerunt.Audiſtis cū pro ſe diceret.Audiſtis antea cū accuſaret:defendendi cauſa hæc nō glorian-
di eloquor.Genus orationis:facultatē.copiā ſententiaꝝ atq; uerboꝝ:quæ ueſtra prudētia eſt:perſpexiſtis.
Atq; in eo non ſolū ingeniū elucere eius uidebatis:quod ſæpe ēt ſi induſtria nō alitur:ualet tamen ipſum
ſuis uiribus.Sed inerat:niſi me ꝓpter beniuolentiā forte fallebat:oratio & bōis artibus inſtituta & cura:
& uigiliis elaborata:atq; ſcitote iudices eas cupiditates quæ obiiciūtur Cælio:atq; hæc ſtudia de qbus di-
ſputo.non facile in eodē homine eſſe poſſe.Fieri enī nō poteſt ut aius libidini deditus amore:deſiderio
cupiditate:ſpe nimia:copia:inopia ēt nonnunquā īpeditus.Hoc qcqd eſt:quod nos facimus idicēdo nō
modo agēdo.Verū etiā cogitādo:poſſit ſuſtinere.An uos aliā cauſam eſſe ullam putatis:cur in tantis præ
miis eloquentiæ:tāta uoluptate dicendi:tanta laude:tanta gratia:tanto honore tā ſint pauci ſemperq; fue-
rint:q in hoc labore uerſentur?Omittēdæ ſunt oēs uoluptates:relinquenda ſtudia delectationis.Ludus:
Locus:Conuiuiū:Sermo ēt pene oīum familiariū deſerēdus.Que res in hoc genere hoies a labore ſtu-
dioq; diſcēdi deterret nō quo aut īgenia deficiāt:aut doctrina puerilis:an hic ſi ſeſe iſti uitæ dediſſet:cōſu
larē hominē admodū adoleſcēs in iudiciū uocauiſſet?Hic ſi laborē effugeret:ſi obſtrictus uoluptatibus
teneret in hac acie quottidie uerſaret.Appeteret inimicitias?In iudicium uocaret?Subiret periculū capi
tis?Ipſo i ſpectante Popu.Ro.tot mēſes aut de ſalute:aut de gloria dimicaret?Nihil igitur illa uicinitas re-
dolet.Nihil hoīum fama.Nihil Baiæ deniq; ipſæ loquūtur.Illæ uero nō loquunt ſolū. Verū etiā ꝑſonāt:
huc unius mulieris libidinē eē ꝓlapſum:ut ea non modo ſolitudinem ac tenebras atq; hæc flagitiorū te
gumēta nō quærat:ſed i turpiſſimis reb' frequētiſſima celebritateq; clariſſima luce lætet. Verū ſi qs eſſet
qui a meretriciis amoribus īterdictū iuuentuti putet.Eſt ille quidem ſeuerus ualde negare:non poſſum:
Sed abhorret non modo ab huius ſæculi licētia.Verūetiā a maiorū conſuetudine atq; cōceſſis. Quādo.n.
hoc nō factum ē?Quando repræhēſum:quando non poſſum?quando deniq; fuit.Vt quod licet:non li-
ceret?Hic ego iā rem definiā:mulierē nullā nominabo.Tantū i medio relinquā:Si qua non nupta mulier
domū ſuā patefaceret oīum cupiditati:palamque ſeſe in meretricia uita collocaret.Virorum alieniſſimo
rum cōuiuiis uti inſtitueret.Si hæc in urbe:ſi in hortis:ſi in Baiarum illa celebritate faceret:ſi denique ita
ſe gereret:non īceſſu ſolum:ſed ornatu atq; comitatu:non flagrātia oculorū:non libertate ſermonis : ſed
ēt complexu oſculatione aquis nauigatione:conuiuiis.Vt nō ſolum meretrix. Sed etiam meretrix ꝓcax
que uideatur.Cū hac ſi qs adoleſcēs forte fuerit:utrum hic tibi.L.Herēni adulter an amator expugnare pu
dicitiam an explere libidinem uoluiſſe uideatur?Obliuiſcor iam iiurias Clodia depono memoriā dolo
ris mei quæ abs te crudeliter i meos me abſente facta ſunt.Negligo ne ſint hæc i te dicta que dixi.Sed ex
te ipſa requiro:quoniā & crimen accuſatoris abs te & teſtem eius criminis teipſam dicunt ſe habere : Si q̄
mulier ſit eiuſmodi :qualem ego paulo ante deſcripſi.Tui diſſimilis uita.Meretricioque inſtituto cū hac
aliquid adoleſcētē hominē habuiſſe rationis:Nū tibi ꝑturpe aut flagitioſum eē uideat?Ea ſi tu non es:ſi-
cut ego malo:qd eſt quod obiiciunt Cælio?Sin eam te uolunt eē:qd eſt cur nos crimē hoc ſi tu contem-
nis ꝑtimeſcamus.Quare nobis da uiam rationēq; defenſionis.Nam aut pudor tuus defendet nihil a.M.
Cælio petulātius eſſe factū aut īpudētia:& huic defendēdi facultatē dabit.Sed quoniā emerſiſſe iā e uadis:
& ſcopulos præter uecta uidet oratio mea:ꝑfacilis mihi reliquus curſus oſtendit. Duo ſunt enim crimi-
na.Vnū in muliere ſummoꝝ facinoꝝ auri quod ſumptum a Clodia dicitur:& ueneni quod eiuſdē Clo-
nomine ut in generata familia frugalitas uideretur:fauebãt:gaudebant:& ad integritatẽ maiorũ ſpe ſua
hominem uocabãt materni generis obliti.Ego hoc uere dicã Iud.tantũ eſſe in homine ſceleris audaciæ
crudelitatis quãtum ipſe cum.R.p.ſenſi.Nunquã putaui:nequam eſſe hominem & leuem & falſa opinio

ne errore hoium ab adoleſcentia cõmendatū ſciebam.Et enim aius eius uultu flagitia parietib⁹ tegeban
tur.Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt.Nec obducta ita ut curioſis oculis perſpici non poſſit. Videbam⁹
genus uitæ:deſidiam Inertiam incluſas eius libidines:qui paulo propius aceſſerant intuebatur.Denique
etiam ſermonis anſas dabat quibus re conditos eius ſenſus tenere poſſumus:Laudabat homo doct⁹ phi
loſophos neſcio quos:neq; eorum tamen omnia poterat dicere.Sed eos tamē laudabat quos nouit præ
ter cæteros eſſe auctores & laudatores uoluptatis: quonis & quo tempore & quomodo nō querebat:uer-
bū ipſum oibus modis animi & copirons deuorat. Eoſdē præclara diceret aiebat:ſapiētes omnia ſua cau-
ſa facere.R.P.capeſſere hominē beneſanū non oportere.Nihil eſſe præſtabilius ocioſa uita:& cōferta ple
na uoluptatibus.Eos hoc qui dicerent dignitati eſſe ſeruiendum Reipub.conſulendū officii rōnē i omni
uita non cōmodi eſſe.ducēdā:ſubeunda pro patria picula:uulnera excipienda mortē oppetendam:uatici
nari atq; inſanire dicebat.Ex his aſſiduis eius quotidianiſq; ſermonibus & quod uidebam:qbus cū ho-
minibus interiori parte ageret ne diu uiueret:& quod ita domus ipſa fumabat.Vt multa eius ſermōis idi
cia redolerent:ſtatuebam ſic:Boni nihil ab illius nugis eſſe expectādū mali quidē certe nihil pertimeſcē-
dū.Sed ita eſt lud.ut ſi gladium paruo puero:aut ſi imbecilli ſeni aut debili dederis:Iſpe ipetu ſuo nemini
noceat.Sin ad nudū uel fortiſſimi uiri corpus acceſſerit:poſſit acie ipſa uel ferri uirib⁹ uulnerari:ita cū ho-
minibus eneruatis atq; exanguibus cōſulatus tanq̄ gladius eſſet datus,q per ſe pungere neminē unquā po
tuiſſent:hi ſummi iperii nomie armati.Tamē.R.p.trucidauerunt: fœdus fecerunt cum Trib.ple.palā. Vt
ab eo prouincias acciperent:quas ipſi uellent.Exercitum & pecuniā quantam uellent ea lege ſi ipſi prius.
Tri.ple.Afflictā.R.p.tradidiſſent.Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſacri poſſe dicebant. Quare patefa
cta neq; diſſimulari tātū ſcelus poterat:nec latere.promulgantur uno eodēq; tēpore rogationes ab eodē
Tri.de mea pernicie:& de prouīciis nominatim Conſu.hic tum ſenat⁹ ſollicit⁹:uos equites ſunt excitati.
Ita illa cuncta.permota omnes deniq; omniū generū atq; ordinum ciues ſummæ.R.p.a Conſ.atq; a ſum
mo iperio petēdum eſſe auxilium arbitrabantur:cum illi ſoli eſſent præter flagitioſum illum Tri.duo.R.
p.turbines:qui non modo præcipitanti patriæ ſubuenerūt:ſed etiā nimis tarde concidere mererēt.Flagi-
tabatur ab his quotidie cum quærelis bonoꝝ oīum:tum etiam præcibus Senatus ut meam cauſam ſuſci
perēt.Agregerēt aliquid deniq; ad ſēatum referrēt:hi nō modo negādo: ſed ēt irridēdo ampliſſimū quēq;
illius ordinis inſequebantur.Hic ſubito cum icredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cuncta Ita
lia cōueniſſent ueſtrem mutandā omnes meq; ēt omni ratiōe priuato cōſilio.quoniā publicis ducib⁹.R.
p.careret defendēdum putarunt.Erat eodem tempore Senatus in æde Concordiæ:quod ipſum templū
repræſentabat me cōſulatus mei:cum fleus uniuerſus ordo Cicinatum Conſu.orabat.Nam alter ille hor
dus & ſeuerus cōſulto ſe domi continebat.Qua tum ſuperbia cœnū illud ac labes ampliſſimi ordinis præ
ces ampliſſimorum ciuium lachrymas repudiauit:Meipſum ut cōtēpſit:helluo patris.Nam quid ego pa
trimonii dicam:quod ille tum quaſi quæſtuū faceret amiſit:uos inquā equites.R.& oēs boni ueſtem mu-
taſtis:uoſque pro meo capite ad pedes lenonis ipuriſſimi proieciſtis cū ueſtis præcip⁹ a latrone illo repu
diati eſtis:Vir icredibilis fide magnitudie animi. L.Mūmi⁹ ad Senatū de.R.p.Rettulit.ſenatuſq; frequēs
ueſtem pro mea ſalute mutandam cēſuit.Odiē illū lud.funeſtum Senatui boniſq; oibus.R.p. luctuoſum
mihi ad domeſticum mœrorem grauem ad poſteritatis memoriam glorioſum:quid enim q̄ſq̄ poteſt,ex
omni memoria ſumere illuſtri⁹:q̄ pro me uno ciue & bonos oēs priuato conſenſu:& uniuerſum Senatū
publico conſilio mutaſſe ueſte?Quæ qdē tū mutatio non deprecationis cauſa eſt facta ſed luctus quē eni
deprecari ſe:cum omnes eēnt ſordidati?Cum que hoc ſatis eſſet ſigni eē improbum: qui muta ueſte non
eſſet:hac mutatione facta ueſtis tāto in luctu ciuitatis.Omitto quid ille Tri.omnium rerum diuinarū hu-
manarumq; prædo fecerit:quia adeſſe nobiliſſimos adoleſcētes honeſtiſſimos eqtes Roma.deprecatores
ſalutis meæ iuſſerit.Eoſq; operarū ſuarum gladiis & lapidibus obiecerit.De Conſu.loquor : quorum fi-
de.R.P.niti debuit.Examinatus euolat ex ſenatu . Non minus perturbato aio atque uultu:q̄ ſi annis āte
paucis i creditorum conuentum incidiſſet.Et aduocat concionem:& habet orationem talem Conſu . q̄-
lem nūquam Catilina uictor habuiſſet.Errare homines ſi etiam tum Senatum aliquid i Re.Pu.poſſe ar
bitrarentur Equites uero.R.daturos illius diei pœnas:qui me conſule cum gladiis in Capitoliū duci feciſ
ſent:ueniſſe tempus iis qui in timore fuiſſent comparatis uidelicet dicebat ulciſcendos niſi dixiſſet:hoc ſo
lū omni ſupplicio eſſet dignus.Nā oratio ipſa conſulis pernicioſo poteſt.R.p.labefactare.Quid fecerit ui
dete illū iam qui cum meipſum pro ſumma familiaritate quæ cū fratre mihi uel cū patre comparare eius
erat unice diligebat:tūcū pro.R.p.uel mortem oppetere cupiebat in concione lege relegauit. Edixitq;:Vt
ab urbe abeſſet.M.p.a quod eēt auſus pro ciue pro benemerito ciue pro amico pro.R.p.deprecari.Quid
hoc hoie facias:aut quo ciuem importunum:Aut quo potius hoſtem tā ſceleratū reſerues . Qui ut omit-
tam cætera:quæ ſunt ei cū Collega imani iputoq; coniūcta atq; cōmunia. Hoc unum habet proprium:ut
expulerit ex urbe relegarit.Non dico eqtem.R.Non ornatiſſimum atq; optimum uirum nō amiciſſimū
R.P.ciuē nō illo ipſo tempore una cum Senatu.Et cum bonis omnibus cauſam amiciſſimi.R.q;.P.lugē
tē:Sed ciuem.R.ſine ullo iudicio atq; edicto ex patria Conſul eiecerit.Nihil acerbius ſocietati inferre ſo-
liti ſunt q̄ ſi id quod pararo accidit ex urbe ire a Conſule iuberi atq; illis tum erat reditus in ſuas ciuitates
ad ſuos lares familiares:& in illo communi incommodo nulla in quēquā propria ignominia nominati
cadebat:hoc uero quid eſt exterminabit.C.R.:edicto Conſu.quos a ſuis diis pēatibus expelleret a patria
uidelicet quē uolet damnabit atque eiiciet nominatim. Hic ſi unquā uos eos:qui nunc eſtis in Repub.
putaſtis:ſi denique imaginem iudiciorum aut ſimulachrum aliquod futurū i ciuitate reliquum credidiſ-

ſet:nunquã auſus eſſet Senatũ de.R.P. Tollere equites Ro.præces aſpernari:ciuium deniq; nouis omniũ & inauditis dictis ius libertatẽq; euerteſ. Et ſi me attentiſſimis animis ſumma cũ benignitate auditis Iud. Tamen uereor ne quis ueſtrũ forte miretur:quid hæc mea oratio tã alta aut tã lõge repetita uelit:aut quid ad.P.Seſtii cauſam eorum qui ante huius tribunatũ.R.P.uexarunt delicta pertineant. Mihi eni propoſitum eſt oſtendere oĩa conſilia.P.Seſtii mẽtẽq; totius Tribunatus hanc fuiſſe:ut afflictæ & perditæ Ro.Po. pu.quantũ poſſet:mederetur. Ac ſi in exponendis uulnerib° illis de meipſo plura dicer uidebor. Ignoſcite:nã & illã meã cladẽ uos & omnes boni maximũ eſſe Ro.Pop.uulnus iudicaſtis. Et.P.Seſtius eſt re° nõ ſuo:ſed meo nomine:qui cum omnẽ uim in mea ſalute cõſumpſerit:neceſſe eſt meam cauſam præteriti temporis cum huius defenſione præſenti eſſe coniunctã. Erat igitur in luctu Senat°:ſqualebat ciuitas publico conſilio mutata ueſte. Nullum erat municipium Italiæ nulla colonia nulla præfectura:nulla Romæ ſocietas uectigaliũ nullũ collegiũ aut cõciliũ aut oĩno aliquod cõmune conſiliũ:quod tum non honorificentiſſime decreuiſſet de mea ſalute:cum ſubito edicunt duo Conſules ut ad ſuum ueſtitũ Senatores redirent. Quis unquã conſul Senatũ ipſius decretis parere prohibuit? Quis tyrannus miſeros lugere uetuit parũ ue eſt piſo ut omitam Gabiniũ:quod tantum hoĩes feſelliſti? Vt negligeres auctoritatem ſenatuſ? Optimi cuiuſq; cõſilia contemneres? R.P.proderes conſulare nomen affligeres. Etiam ne edicere audeas ne mœrerent hoĩes meam ſuam.R.p.calamitatem? Ne hunc ſuũ dolore ueſte mutata ſignificarẽt? ſiue illa ueſtis mutatio ad luctũ ipſorũ:ſiue ad deprecandũ ualebat. Quis unquã tã crudelis fuit:qui ꝓhiberet quẽquã aut ſibi mœrere:aut cæteri ſupplicare? quid? ſua ſponte hoĩes in amicorum periculis ueſtitum mutare nõ ſolent? pro teipſo piſone nemo mutauit? ne iſti quidẽ:quos legatos non modo ullo.S.C:Sed etiã repugnante Senau. Tu te tibi legaſti. Ergo homines deſperati & proditori.R.p.cauſam lugebunt fortaſſe:q uolent:cuius florentiſſimi beniuolentia bonorum & optime de ſalute patriæ mériti periculum coniunctũ:cũ periculo ciuitatis lugere Senatui uon licebit:idem conſules:ſi appellandi ſunt Conſules:quos nemo eſt:qui non modo ex memoria:ſed etiã faſtis euellendos putet. peracto iam fœdere prouinciarũ ꝓducti in circo. Flaminio in cõcionẽ ab illa furia ac peſte patriæ maxio cũ gemitu ueſtro illa omnia quæ tã contra me quamq; contra.R.p.dixerant uoce ac ſententia comprobauerunt:iidem conſulibus ſedentibus atq; iſpectãtibus lata lex eſt,ne auſpicia ualerent:ne quis obnunciaret:ne quis lege itercederet:ut oĩb° feſtis diebus legẽ ferri liceret:ut lex Helia.lex Fuſia ne ualeret. Qua una rogatiõe quis eſt:qui nõ itelligat uniuerſam Ro.popu.eſſe deletam? iiſdẽ Conſ.iſpectãtibus ſeruorũ delectus habebatur pro tribunali Aurelio nomina collegiorum cũ uicatĩ hoĩes circunſcriberentur:decuriarentur ad uim ad manus ad cædẽ ad direptionem icitarentur iiſdem Conſ.arma i templo.Caſtoris palam:portabãtur:gradus eiuſdẽ templi tollebantur arma:n hoĩes forum & conciones tenebant:cædes lapidationeſq; fiebãt. Nullus erat. Senatus nihil reliqui Magiſtratus unus omnium poteſtatẽ armis & latrociniis poſſidebat. Non aliqua ui ſua:ſed cum duos Conſu.a R.p prouinciarum fœdere retraxiſſet:inſultabat:dominabatur. aliis pollicebatur. Terrore ac metu multos plures etiam ſpe & promiſſis tenebat. Quæ cum eſſent eiuſmodi Iud.cum ſenatus duces nullos ac pro ducibus proditores aut potius apertos hoſtes haberet. Equeſter ordo reus a cõſulibus ſciſcitaretur. Italiæ totius auctoritas repudiaretur. Alii nominatim relegarentur:alii metu ac periculo terrerẽtur:arma eẽnt in tẽplis:armati in foro:eaq; non ſilentio conſulum diſſimularẽtur:ſed & uoce & ſẽtentia cõprobarentur. Cum oẽs urbẽ nondũ exciſam & euerſam:ſed iam captã atq; oppreſſam uiderẽus:tamẽ his malis tantis tanto bonorum ſtudio Iud.reſtitiſſemus. Sed me alii metus atq; aliæ curæ ſuſpicioneſq; mouerũt. Exponam eni die hodierno Iud.oẽm rõnem facti & conſilii mei. Neq; huic ueſtro tanto ſtudio audiendi:neq; uero huic tantæ multitudini:quanta mea memoria nũq̃ ullo i iudicio fuerit:deero. Nã ſi ego i cauſa bona tanto ſtudio Senatus cõſenſu tam incredibili bonorum oĩum tã parato. Tota denique Italia ad oẽm contentionẽ expedita eſſet:ceſſi Tr.pl.deſpicaciſſimi hoĩs furori Contẽpſi Conſu.leuitatẽ audaciãq; pertimui:me timidum nullius aĩ nullius conſilii fuiſſe confiteor. Quid.n.ſimile fuit in.M. Metello:Cuius cauſam & ſi oẽs bõi ꝓbabant. Tamen neq; Senatus publice:neq; ullus ordo ꝓprie. Neq; ſuis decretis Italia tota ſuſceperat. Ad ſuam.n.magis ille gloriam quam ad perſpicuam ſalutẽ.Ro.Popu. ſumpſerat cum unus in legem per uim latam iurare noluerat deniq; uidebat hac conditione tã fortis fuiſſe. Vt cũ patriæ caritate conſtantiæ gloriam commutaret. Erat.n.hæc res cum exercitu.C.Mari inuicto habebat initiũ.C.Marium conſeruatorem patriæ ſexũ iam illum Conſulatum gerentem. Res erat cum.L. Saturnino iter Tr.pl.uigilante hoĩe & i cauſa populari:ſi nõ moderate at certe populariter. At iſti ne tergiuerſato ceſſit ne aut uictus a fortibus uiris cum dedecore caderet:aut uictor multis eo fortibus ciuibus.R.P.orbaret. Meã cãm ſenatus palam equeſter ordo acerrime cũcta Italia publice. Omnes boni enixeq; ſuſceperant. Eas res geſſeram quarũ nõ unus auctor:ſed dux omnium uoluntatis fuiſſem. Quæq; nõ modo ad ſingularẽ meã gloriã:ſed ad ſalutem cõem oĩum ciuium:& prope gentium pertinerent. Ea conditione geſſeram. Vt meum factũ ſemper omnes præſtare tueriq; deberent. Erat enim mihi cõtentio non cum uictore exercitu:ſed cũ opis conductis:& ad rapiendam urbem concitatis habebã inimicum nõ.C. Marium terrorem hoſtiũ ſpem ſubſidiumq; patriæ:ſed duo importuna prodigia:quos egeſtas quos æris alieni magnitudo quos leuitas quos iprobitas tri.ple.conſtrictos addixerant. Nec mihi res erat cũ Saturnino qquod a quæſtore oſtienſi per ignorantiam ad principem & ſenatũ ciuitatis.M.Scaurũ rem frumẽtariam trãſlatã ſciebat:ſed cũ ſcurrarũ locupletũ ſcorto cũ ſororis adulterio:cũ ſtuprorũ ſacerdote:cũ ueneficio.cũ teſtamentario:cũ ſiccario:cum latrone:quos homines ſi id quod facile factu & quod fieri debuit quodq; a me optimi & fortiſſimi ciues flagitabant ui armiſq; ſuperaſſem:non uerebar ne quis aut uim ui

repulſam repræhēderet:aut perditorum ciuium uel potius domeſticorū hoſtiū mortē mereret. Sed me
illa mouerūt oibus in cōcionibus illa furia clamabat:ſe quæ faceret contra ſalutē meā facere auctore.Cn.
Pomp.clariſſimo uiro:mihiq; & nunc & quoad licuit amiciſſimo.M.Craſſus:quo cū mihi erant oēs ami-
citiæ neceſſitudines uir fortiſſimus ab eadē illa peſte infeſtiſſimus eſſe meis fortunis prædicabatur.C.Cæ
ſar q a me nullo merito alienus eſſe debebat inimiciſſimus eſſe meæ ſaluti ab eodē quottidianis crimini
bus dicebatur his ſe tribus auctoribus in conſiliis capiendi adiutoribus in re gerēda:eē uſurū dicebat. Ex
q̄bus unū habere exercitū maximū in italia duo qui priuati eſſent:& præeſſent:& pareret ſi uellent exer-
citū:idq; facturos eſſe dicebat:nec mihi ille iudicium populi:nec legitimam aliquam contentionem nec
diſcrepationē aut cauſæ dictionē:ſed uim:arma exercitus.Imperatores caſtra denunciabat.Quid ergo ini
mici oratio una præſertim tā i probe in clariſſimos uiros.Tūc inieċta me mouit.Me uero non mouit tum
q̄q̄ ob aliā cauſam tacebant.Tamen hoibus oia timentibus tacendo loqui non inficiando cōfiteri uidebā
tur.Illi eni mali qui cū timore perterriti quod acta illa atq; oīs res ſuperioris anni labefactari a prætoribus
infirmari a Senatu atq; principibus ciuitatis putabant:ſuaq; ſibi propiora eſſe pericula:q̄ mea loquebātur
Tribunū popularē a ſe alienare nolebant.Et tamē & Craſſus a conſulibus meā cām ſuſcipiendā eſſe dice-
bat & eorū fidē Pōpeius īplorabat.Neq; ſe priuatū pub.cauſæ ſuæ ſuſceptæ:defuturū eſſe dicebat. Quē ui
rū ſtudioſum mei cupidiſſimū.Ro.Po.conſeruandæ domi meæ certi homines cōpoſiti monuerūt:ut eēt
cautior eiuſq; uitæ a me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerūt.Atq; hāc ei ſuſpicionē alii litteris mit
tendis alii nunciis alii corā ipſo excitauerunt.Tot ille cū a me certe nihil timeret:ab illis neqd meo nomīe
molireť:ſibi cauendū putaret.L.ipſe Cæſar quē maxime ignari homines ueritatis mihi eſſe iratū putabāt.
Erat ad portas cū impio:erat in Italia eius exercitus inq; eo exercitu ipſius Tr.inimici mei fratrem pfecerat.
Hæc ego cū uiderē:neq; eni erāt occulta.Senatū ſine quo ciuitas ſtare nō poſſit:omnino de ciuitate eē ſub
latū.Cōſules q publici conſilii duces eſſe deberent:perfeciſſet per ipſos publicū cōſiliū funditus tolleretur:
eos q plurimū poſſent oppōi oibus concionibus falſo:ſed & formidoloſe tamē auctores ad perniciē meā
conciōes haberi quottidie contra me uocē:pro me ac pro Ro.popu.ne nunē mittere.Intenta ſigna legio
nū exiſtimari ceruicibus ac bonis ueſtris falſo:ſed putari tamē cōiuratorum copias ueteres & effuſam illā
ac ſuperatā Catilinæ manum importunā nouo duce & mihi ſperatam commutatiōem rerum eē renoua
tā:hæc cum uiderem:qd agerem Iud.Scio.n.tum nō mihi ueſtrum ſtudium:ſed meum ppe uro defuiſ
ſe cōtenderē cōtra Tr.pl.priuatus:ſ armis uiciſſent īprobos boni fortes inertes interfectus eēt is q hac una
medicina ſola potuit a Ro.po.peſte depelli.Quid deinde:qd reliquū reſtaret:qd deniq; erat dubium qn
ille ſanguis tribunitius nullo præſertim publico cōſilio pfuſus.Conſules auctores & defenſores eēt habi
turus:cūqdem in cōcione dixiſſet:aut mihi ſemel pereundū aut eē uincēdū.Quid erat bis uincere:Id pro
fecto ut cū amentiſſimo Tr.pl decertaſſem:cum cōſulibus cæteriſq; eius ultoribus dimicerem.Ego uero
ſi mihi uni peūdū fuiſſet:ac nō accipiēda plaga mihi inſanibilis illa mortifera:qua ei impoſuiſſet:ſemel pe
rire tamē Iud.maluiſſem:q̄ bis uincere:erat.n.altera eiuſmodi cōtētio illa:ut neq; uicti neq; uictores. R.p.
tenere poſſemus:qd ſi in prima cōtentiōe ut tribunitia uictus in foro cū multis bonis uiris cōcidiſſem: Se
natūq; quētū de ciuitate deiecerāt:ad arma uocarent:q ne ueſtitū qdē defendiſſent.R.p.a Tri.ple.poſt in
teritū diſſidiſſent q eandē horā meæ peſtis & ſui pmii eē uoluiſſent. Vnū.n.mihi reſtabat illud qď forſitā
nō nēo uir fortis & acris animi magniq; dixerit reſtitiſſes:repugnaſſes:mortē pugnās oppetiſſes:de quo
inquā te te patria obteſtor & uos penates patriiq; dii me ueſtraq; ſediū tēplorūq; cauſa me pp ſalutē eorū
ciuiū:quæ mihi ſemp fuit mea carior uita:dimicationē cedēq; fugiſſe Etenim ſi mihi in aliq̄ naue cū meis
amici nauiganti hoc Iud.accidiſſet ut multi de multis locis pdones claſſibus eā nauē ſe oppreſſuros mi
nitarentur:niſi me unū ſibi dediſſent.Si id uectores negarēt:ac mecū ſimul interire q̄ me tradere hoſtibus
mallent:ieciſſem me potius ipſe i pfundū:ut cæteros conſeruarē:q̄ illos mei tā cupidos nō modo ad cer-
tā mortē ſed i magnū uitæ diſcrimē adducerē.Cū uero in hanc.R.P.nauē ereptis Sēatui gubernaculis flui
tātē in alto tēpeſtatibus ſeditionū ac diſcordiarū armatæ tot claſſes:niſi ego unus deditus eſſem incurſuræ
uiderent.Cū proſcriptio cædes direptio denunciarētur:cū alii me ſuſpicione piculi ſui nō defenderēt:alii
uetere odio bonorū icitarēť alii i uiderēt:alii obſtare ſibi me arbitrarēť:alii ulciſci dolorē ſuū aliquē uellēt
alii Rē ipſam.p.atq; hūc bonorū ſtatū ociūq; odiſſent:& ob haſce cauſas tot tāq; uarias me unū depoſcerēt
depugnarē potius cū ſūmo nō dicā exitio:ſed piculo certe uro liberorūq; ueſtrorū:q̄ nō id qd ēt oib⁹ pēde
bat:un⁹ p oibus ſuſcipere ac ſubire uicti eēnt impbi:at ciues:at ab eo puato:q ſine armis ēt.R.p.cōſul cōſer
narat.Sin uicti eēnt boni qd ſupeſſent:non ad ſeruos uidetis.R.p.uētura fuiſſe.An mihi ipſi ut qdā putāt
fuit mors æquo aio oppetēda qd tum mortē ne fugiebā.An erat res ulla quā mihi magis optādā putarē.
Aut ego illas res tantas in tāta impborū multitudine cū gerebā:nō mihi mors nō exiliū ob oculos uerſa-
banť.Nō hæc deniq; a me tū tanq̄ fata in ipſa re gerēda cōcanebanť?An erat mihi in tāto luctu eorū in tā-
ta diſiūctiōe:tanta acerbitate:tanta ſpoliatiōe oniū rerū q̄s mihi aut natura:aut fortuna dederat:uita retinē-
da.Tam erā rudis tam ignarus rerum tam expers conſilii aut ingenii nihil audieram: nihil ipſe uideram
nihil legendo quærendoq; cognoueram:neſciebam uitam breuem eſſe curſum gloriæ ſempiternum:cū
eſſet oibus definita mors optandum eſſe:ut uita quæ neceſſitati:deberetur patriæ potius donata:q̄ reſer-
uata naturæ uidereť.Neſciebam inter ſapientiſſimos hoīes hanc contentionem fuiſſe. Vt aut dicerent
animos hominum ſenſuſq; morte reſtingui:alii autem tum maxime mentes ſapiētum ac fortium uiro-
rum cum e corpore exceſſiſſent:ſentire ac uigere:quorum alterum fugiendum:nō eſſe carere ſenſu: alte
rum ēt optandum meliore eē ſenſu deniq; cum omnia ſemper ad dignitatē retuliſſem:nec ſine ea quicq̄

expetendū eſſe homini i uitã putaſſem:mortẽ quam ẽt uirgines Athenis Regis opinor Erichthei Filiæ ꝓ
patria contempſiſſe dicuntur.Ego uir conſolaris tantis rebus geſtis timerẽ:Præſertim cum eius eſſem ci-
uitatis ex qua.Qu.Mutius ſolus in caſtra Porſennæ ueniſſet eumq; interficere ꝓpoſita ſibi morte cona-
tus eſſet?Ex qua.P.Decius primũ pater poſt aliquot annos patria uirtute præditus filius ſe ac uitam ſuam
inſtructa acie ꝓ ſalute.P.R.uictoriaq; deuouiſſet?Ex qua innumerabiles alii parti adipiſcẽdæ laudis par
tim uitandæ turpitudinis cauſa mortem in uariis bellis æqſſimis aĩs oppetiſſent?Inq̃ ciuitate ipſe memi-
niſſem patrẽ huius.M.Craſſi fortiſſimũ uirum ne uideret uictorem uiuus inimicum eadem ſibi manu
uitam exhauſiſſe qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet.Hæc ego & multo alia cogitans hoc uidebã. Sed
cauſam publicam mea mors peremiſſet:neminẽ unquã fore qui auderet contra iprobos.Po.Ro.ſuſcipe
ſalutẽ.Itaq; nõ ſolũ ſi ui interiſſem:ſed ẽt ſi morbo extinctus eſſem:fore putabã:ut exẽplũ.R.P.conſeruan-
dæ mecũ ſimul interiret.Quis enĩ unquã me a ſenatu P.q;.Ro.tanto hoium bonorũ ſtudio nunc reſtitu-
toſq; certe ſi eſſem iterfectus:accidere non potuiſſet:ullã Roma.Popu.parte cũ ſua minima inuidia au-
deret attingere?ſeruaui igitur Roma.popu.diſceſſu meo Iud cædẽ a uobis liberiſq; ueſtris:uaſtitatẽ:incen
dia:rapinas:meo dolore luctuq; depuli:& unus Roma.popu.uobis ſeruaui ſemel gloria:iteꝝ ærũna mea
neq;.n.hoiem i hoc me inficiabor unquã ut me optimo fratre clariſſimis liberis:fidiſſima cõiuge:ueſtro
cõſpectu patria:hoc honoris gradu ſine dolore caruiſſe glorier:quod ſi feciſſem:quod a me beneficiũ ha
beretis?cũ pro uobis ea quæ mihi eſſent uilia reliqſſem.Hoc meo' qdẽ aio ſummi in patriã amoris mei ſi
gnũ eſſe debet certiſſimũ:qđ cũ abeſſe ab ea nõ poſſem ſine ſummo dolore hunc me ꝑpeti q̃ illa labefacta
riet ab improbis malui.Meminerã Iud.diuinũ illũ uirum atq; ex iiſdẽ:qbus nõ radicibus natũ ad ſalutem
impii huius.C.Mariũ ſumma ſenectute cũ prope uim iuſtoꝝ armoꝝ profugiſſet:primo ſenile corpus pa
ludibus occultaſſe demerſum:deide ad ifirmoꝝ ac tenuiſſimoꝝ hoium Minturnis miſericordia cõfugiſ
ſe.Inde nauigio ꝑparuo cũ ois põtus terraſq; fugeret i oras Africæ deſertiſſimas ꝑueniſſe:atq; ille uitã ſuã
ne inultus eſſet ad incertiſſimã ſpẽ & ad Ro.po.ſtatũ reſeruauit.Ego qui queadmodũ multi in ſenatu me
abſente dixerũt ꝑiculo.Ro.po.iuuabam:quiq; ob eã cãm cõſularibus litteris de ſenatus ſentẽtia & cæteris
nationibus cõmẽdabar:nõne ſi meã inultã deſeruiſſem Ro.po.ꝑdidiſſem:in quo quidẽ nunc me reſtitu
to uiuit mecũ ſimul exẽplũ fidei.p.Quod ſi imortale retinet:quis nõ intelligit imortalem hanc ciuitatem
futurã.Nã externa bella regũ gentiũ nationum iam pridem ita extincta ſunt:ut præclare cũ his agamus:
quos pacatos eẽ patiamur:dẽiq; ex bellica uictoria nõ fere quam eſt inuidia ciuiũ cõſecuta domeſticis ma
lis & audaciũ ciuium cõſiliis ſæpe ẽ reſiſtẽdũ eorũq; ꝑiculo eſt in.R.p.retinẽda medicina:quã ois Iud.ꝑdi
diſſetis:ſi meo iteritu Senatui po.q;.Ro.doloris ſui de me declarãda poteſtas eẽt erepta.Quare mõeo uos
adoleſcẽtes atq; hoc meo iure ꝑcipio:q̃ dignitatẽ:q.R.p.q̃ gloriã ſpectatis ne ſi uos aliquãdo neceſſitas ad
.R.P.cõtra improbos ciues defendẽdã uocabit:ſegniores ſitis & recordatiõe me caſus a conſiliis:fortibus
refugiatis:primũ nõ eſt ꝑiculum neq; unquam ſint in ciuitate eiuſmodi cõſules præſertim ſi eritis in qđ
debetur ꝑſolutũ:deinde nunq̃ ſpero quiſq̃ improbus conſilio & auxilio bonorum:ſe oppugnare Ro.po.
dicet illis tacentibus nec armati exercitus terrorẽ opponet togatis:neq; erit iuſta cauſa ad portas ſedẽti im
peratori:quare terrorẽ ſuum iactari opponiq; patiat.nũquam enim erit tam oppreſſus Senatus:ut ei ne
ſupplicandi qdem ac lugendi:ſit poteſtas tam captus ac eqſter ordo ut equites Ro.a conſule relegarẽtur
Quæ cũ omnia atque etiam multo alia maiora quæ conſulto prætereo accidiſſent:uidetis me tamen in
priſtinam meã dignitatẽ breui temporis dolore interiecto Ro.popu.uoce eſſe reuocatũ.Sed ut reuertar
ad illud quod mihi in hac omni eſt ratione propoſitum oibus malis illo ſcelere Conſulũ Ro.popu.eſſe
cõfectã primũ illo ipſo die qui mihi funeſtus fuit:omnib' bõis luctuoſus cũ ego me cõplexu patriæ con
ſpectuq; ueſtro eripuiſſem:& metu periculi ueſtri non mei furori hominum:ſceleri:ꝑfidiæ:telis:miniſq;
ceſſiſſem:patriamq; quæ mihi erat cariſſima propter ipſius patriæ charitatem reliquiſſem:cũ meum illũ
cauſam tam horribilem tam grauem:tam repentinum non ſolum homines:ſed tecta urbis ac templa lu
gerent:nemo ueſtrum forũ:nemo curiam:nemo lucem aſpicere uellet illo inquã ipſo die:die dico:imo
hora atq; etiã puncto tẽporis eodem mihi Ro.q;.Popu.pernicies:Gabinio & piſoni ꝓuĩcia rogata eſt ꝑ
dii imortales cuſtodes & conſeruatores huius urbis atq; iperii:quæ nã illa in Ro.Popu.mõſtra quæ ſcele
ra uidiſtis?Ciuis erat expulſus is:qui Ro.Popu.ex ſenatus auctoritate cũ oibus bonis defenderat:& expul
ſus:non alio aliquo:ſed eo ipſo crimine.Erat enim expulſus ſine iudicio:lapidibus ferro ſeruitio:dẽiq; cõ
citato:lex erat lata uaſtato ac relicto foro & ſicariis ſeruiſq; tradito & ea lex q̃ ut ne ferret ſenat' fuerat ueſte
mutata hac tanta perturbatione ciuitatis ne noctẽ quidẽ Conſules iter meum diſcrimen & eorum præ-
dam intereſſe paſſi ſunt ſtatim me perculſo ad meũ ſanguinem hauriendum & ſpirãte etiam Ro.Popu.
ad eius ſpolia detrahenda aduolauerunt.Omitto gratulationes:epulas:partitionẽ ærarii:beneficia ſpe ꝓ
miſſa:prædã lætitiã paucorum in luctu omnium:uexabatur uxor mea:liberi ad necem quærebant:a Piſo
nis cõſulis pedibus ſupplex reiiciebat:bona diripiebant:eaq; ad cõſules deferebãt:dõus ardebat i palatio
cõſules epulabant.Quod ſi meis icõmodis lætabãt urbis tamẽ ꝑiculo cõmouerent.Sed ut a mea cã iã re
cedã reliq̃s illius ãni peſtes recordamini:ſic.n.facillime ꝑſpicietis q̃tã ui oĩum remediorũ a mgr̃atib' ꝓxi-
mis.R.p.deſiderarit legũ multitudinem cum eorum:quæ latæ ſunt tum uero quæ promulgatæ fuerunt.
Nam latæ ſunt conſulibus illis tacentibus dicã:immo uero approbantibus etiã ut Cẽſoria notatio & gra
uiſſimũ iudiciũ ſanctiſſimi magiſtrat' tolleret:de Ro.po.ut collegia nõ modo illa uetera cõtra ſe reſtitue-
rent:ſed uno gladiatore inumerabilia alia noua conſcriberentur:ut remiſſis ſemis & triẽtibus quinta ꝓ-
pe pars uectigalium tollerent:ut Gabinio pro illa ſua Cicilia quam ſibi ſi Ro.po.ꝑdidiſſet pactus erat Sy

ria daretur:ut uni helluoni bis de eadem re deliberandi eſſet rogata:legẽ ferret prouinciæ commutãdæ
Mitto eadem legem quæ omnia religionum iura auſpiciorũ poteſtatũ:omnes leges quæ ſunt de iure &
de tempore legum rogandarum una rogatione deleuit. Mitto omnẽ domeſticã laudem etiã exteras na
tiões illi⁹ anni furore cõquaſſatas iubebamus lege tribunitia Matris magnæ. Peſſinunci⁹ ille ſacerdos ex
pulſus & ſpoliatus ſacerdocio fanumque ſanctiſſimarum atq; antiquiſſimarum religionum i uendiium
pecunia grandi Brogitaro impuro homini atq; indigno illa religione præſertim cum ea ſibi ille nõ colẽ
di:ſed uiolandi cauſa appetiſſe:appellari reges a populo q̃d nunquã ne a' ſenatu quidem poſtulaſſet i re
ducti exules Byzantium condemnati tum cum idẽnati ciues e ciuitate eiiciebantur. Rex Ptolæmeus qui
ſi nondum erat ipſe a ſenatu ſocius appellatus erat:tamen frater eius regis:qui cum eſſet i eadẽ cauſa iam
perorata Senatus honorum iſtum conſecutus erat. Eodem genere his deniq; maioribus eadẽ uetuſtate
ſocietatis denique erat rex:ſed nondũ ſocius:at non hoſtis pacatus quietus fretus imperio. P.R. regno pa
terno atq; auito regali ocio perfruebatur:de hoc nihil cogitante nihil ſoſpicante eiuſdem operis ſuffragi
um ferrentibus eſt rogatũ ut ſedens cũ purpura & ſceptro & illius iſignibus regiis præconi publico ſubice
retur. Ei iperante. P.R.q̃ etiam bello uictis regibus regna reddere conſueuit. Rex amicus nulla iniuria cõ
memorata nullis repetitus cum bonis omnib⁹ publicaretur. multã acerba:multa turbia:multa turbulẽta
habuit ille annus:tamen illi ſceleri:quod i me illorum immanitas edidit:haud ſcio:an hoc recte proximũ
eſſe dicam. Antiochum illum magnum maiores noſtri magna belli contentione terra mariq; ſuperatũ
intra montem Taurum regnare iuſſerũt. Aſiam qua illum mulctarunt Attalo ut is regnaret i ea cõdona
uerunt. Quo cum armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnumq; geſſimus:cũ ille i iiuriis i ſo
cios noſtros iferendis bello prope nos laceſſiſſet:hic & ipſe per ſe uehemens fuit & acerrimum hoſtẽ hu
ius imperii Mithridatem pulſum pro eo opibus ſuis regnoq; defendit: & a Lucullo ſummo uiro atq; im
peratore:pulſum animo tamen hoſtili cum reliquis copiis ſuis in priſtina mente manſit. Hũc. Cn. põpe
ius cum in ſuis caſtris ſupplicem abiectumq; uidiſſet erexit:atq; inſigne regium quod ille de ſuo capite ab
iecerat repoſuit:& imperatis certis rebus regnare iuſſit:nec minus & ſibi & huic imperio glorioſum puta
uit:conſtitutum a ſe regem q̃ conſtrictum uideri. Tulit:peſſi:qui & ipſe hoſtis fuit. po. ro. & acerrimũ ho
ſtem in regnum recepit:qui conflixit:qui ſigna contulit:q de iperio pene certauit regnat hodie & amici
tiæ nomen ac ſocietatis:quod armis uiolarat id præcibus eſt conſecutus:ille Cyprius miſer qui ſemp ſoci
us:ſemper amicus fuit:de quo nulla unquã ſuſpicio durior ad ſenatum:aut ad iperarores noſtros allata ẽ
unus ut aiunt ẽ & uidens cum uictu aut ueſtitu ſuo publicatus. En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam for
tunam arbitrentur:cum hoc illius funeſti anni perdito exemplo uideant per Tribunum aliquem & ſexcẽ
tas operas ſe fortunis ſpoliari & regno omni:poſſe nudari. At etiam eo negocio. M. Catõis ſplendorẽ ma
culare uoluerunt:gnari quid grauitas quid itegritas quid magnitudo animi:quid deniq; uirtus ualeret
quæ in tempeſtate ſua quieta eſt:& lucet in tenebris & pulſa loco manet tamen:atq; hæret in patria ſplen
detque per ſeſe ſemper neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit. Non illo ornandum. M. Catonẽ:ſed
relegandum illud negocium:ſed imponendum putauerunt:qui i conciõe palam dixerint linguã ſe euel
liſſe. M. Catoni quæ ſemper contra extraordinarias poteſtates libera fuiſſet. Sentient ut ſpero breui tẽpo
re manere libertatem illam atq; hoc etiam ſi fieri poterit:eſſe maiorem quod cõſulibus illis. M. Cato eti
am cũ iam deſperaſſet aliq̃d auctoritate ſua proficere poſſe:tamẽ uoce ipſa ac dolore pugnauit:& poſt me
um diſceſſum his piſonẽ uerbis flens meum &. R. p. caſum uexauit:ut illum hominum perditiſſimum at
que impudentiſſimũ pene iam prouinciæ pœniteret. Cur igitur rogationi paruit quaſi uero ille non in al
teras quoq; leges quas iniuſte rogatas putaret iam ante rogarit. Non offert ſe ille teſtis temeritatibus:ut
cum. R. p. nihil proſit ſe ciuitate. Ro. p̃uet. Conſule me cum eſſet diſignat⁹ Tribu. pleb. obtulit. in diſcri
mẽ uitam ſuã:dixit eã ſententiam. Cui inuidiam capitis periculo ſibi præſtandam uidebat:dixit uehemen
ter:egit acriter:ea quæ ſenſit præ ſe tulit. Dux auctor:actor rerũ illarũ fuit:nõ quo periculũ ſuum non uide
ret:ſi tanta republi. tẽpeſtate:nihil ſibi niſi de patriæ periculis cogitandum putabat:conſecutus eſt ipſius
tribunatus. Quid ego de ſingulari magnitudine animi eius ac de incredibili uirtute dicã? Meminiſtis illũ
diem cum tẽplo a collega occupato nobis omnibus de uita eius uiri & ciuis timentibus ipſe animo for
tiſſimo uenit in templum & clamorẽ hominum auctoritate impetum improborum uirtute ſedauit:adiit
cũ periculo ſed adiit. Cauſam quæ quanta fuerit mihi dicere non eſt neceſſe:at ſi iſti Cypriæ rogatiõi nõ
ſceleratiſſime paruiſſet:hæreret illa nihilominus in. R. P. turpitudo. Regno enim iã publicato de ipſo Ca
tone erat nominatim rogatum:quod ille ſi repudiaſſet:dubitatis q̃n ei uis eſſet allata? Cum omnia acta il
lius anni p illum unum labefactari uiderentur? Atq; etiam hoc uidebat quoniam illa in. R. p. macula re
gni puglicati maneret:quã nemo iam poſſet elluere:quod ex malis bonũ poſſit in. R. p. peruenire id uti
lius eẽ per ſe conſeruari:q̃ per alios. Atq; illa etiam ſi aliqua piam ui pelleretur illis tẽporibus ex hac urbe
facile pateref. Etenim qui ſuperiore anno Senatu caruiſſet quaſi tum ueniret me tamen ſocium ſuorũ
in. R. p. conſiliorũ uidere poſſitis æquo animo tum me expulſo & meo nomine cum uniuerſo ſenatu i
tum ſententia ſua condemnata in hac urbe eſſe poſſe. Ille uero eidem tempori quo nos eidẽ furori & eiſ
dem cõſulibus eiſdem minis inſidiis periculis ceſſit. Luctum nos hauſimus maiorẽ illi animi non mino
rẽ his de tantiſque iniuriis in ſocios in reges in liberas ciuitates conſulum quærela eſſe debuit:ſ eius ma
giſtratus tutela reges atq; exteræ nationes ſemper fuerunt:hæc quæ uox conſulum nũquã eſt audita quã
quã qs auderet ſi maxime quæri uellent:de Cyprio rege quærere:qui me ciuem nullo meo crimine pa
triæ nomine laborantẽ non modo ſtantem non defenderunt ſed nequidem iacentem protexerũt. Ceſ

ſeram ſi alienam a me plebem fuiſſe uultis .Qua non fuit inuidiæ ſi quo moueri omnia uidebantur tpe
ſi ius ſuſceperat armis:ſi ſocietas:magiſtrãtium pactioni:ſi periculum ciuium.R.P.cur cum de capite ciuis
non diſputo cuiuſmodi ciuis & de bonis proſcripti ferretur:cum & ſacris legibus &.xii.tabulis ſanciũ eſ
ſet:ut neq; priuilegium irrogari:neue de capite.Niſi comitiis centuriatis rogari. Nulla uox eſt audita cõ
ſulum:conſtitutumq; illo anno eſt quantum in illis duabus huius imperii peſtibus fuit iure poſſe p ope
ras concitatas quẽuis ciuem nominatim.Tri.Pl.cõcilio ex ciuitate perturbari:quæ cum permulgata illo
anno fuerant:quæ promiſſa multis:quæ conſcripta:quæ cogitata:quid dicam?Qui locus orbis terræ : iam
non erat alicui deſtinatus cuius negocii publici cogitari optari fingiq; ratio potuit:quæ nõ eſſet attributa
atq; diſcripta?quod genus imperi:quæq; prouincia:quæ ratio aut flandæ aut conflandæ pecuniæ non re
periebat?(Quæ regio ora ue terrarũ erat latior:in qua non regnum aliquod ſtatueretur:quis hic rex erat
q illo anno non aut emendũ ſibi quod non habebat aut redimẽdum quod habebat arbitraretur:qs pul
ciam quis pecuniam:quis legationem ab ſenatu petebat?Damnatus de ui:reſtitutio:cõſulatus petitio ipſi
illi populari ſacerdoti comparabatur hæc gemebat boni.Separabant Iprobi:Agebat:Tr.pl.Cõſoles adiu
uabant:hæc aliquando ſerius ꝗ ipſe uellet.Cn.Pompeius ĩuitiſſimis iis qui mentẽ optimi ac fortiſſimi ui
ri ſuis conſiliis ac fictis terroribus a deſenſione meæ ſalutis auerterant:excitauit illam ſuã non ĩſolitã:ſed
ſuſpicione aliqua retardatam conſuetudinem.R.P.bene gerende.Nõ eſt paſſus ille uir:q ſceleratiſſimos
ciues qui aſperrimos hoſtes.Qui maximas nationes:qui reges:qui gentes feras atq; inauditas:qui predo
num infinitam manum:qui etiam ſeruitia uirtutæ uictoriaq; domuiſſet qui omnibus bellis terra marıq;
compreſſis imperium.R.P.orbis terrarum terminis definiſſet.R.p.euerti ſcelere paucorum:quã ipſe nõ
ſolum cum filiis.Sed etiam ſanguine ſuo ſæpe ſeruaſſet. Acceſſit ad cauſam.p.reſtitit auctoritate ſua religs
rebus de pteritis qſtus ẽ fieri qdã ad meliorẽ ſpẽ ĩclinatio uiſa ẽ.Decreuit Senat⁹ frequẽs de meo reditu.
kal.Iunii diſſẽtiẽte nullo referente.L.Mũmio cui i mea cã.nũq̃ fides uirtuſq; cõtrem uit.iterceſſit Ligus iſte
neſcio q additamẽtũ inimicorũ eorũ.Res erat & cã ura eo loci ut erigei oculos & uiuei uiuereſ qſqs erat q
ui aliq̃ partẽ ĩ meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet:quocũq; uenerat qd iudicium cũq; ſibi erat:damnaba
tur.Inueniebatur nemo:qui ſe ſuffragium de me contuliſſe fertur.Diſceſſerat ab Aſia frater me⁹ magno
ſqualore:ſed multo etiam maiore merore:Huic ad urbem uenĩẽti tota obuia ciuitas cũ lachrymis gemi
tuq; proceſſerat:loquebatur liberius Senatus concurrebant Equites ro.piſo ille gener me⁹ cui fructũ pie
tatis ſuæ:neque ex me:neq;.a.p.R.ferre licuit a propinquo ſuo ſocerum ſuum flagitabat:Omnia ſenatus
reiiciebat:niſi de me conſules primo retuliſſent.Quæ enim res iam manibus terreretur cũ conſules pro
uinciarum pactione libertatem omnem perdidiſſent:qui cũ i ſenatu priuati ut de me ſentẽtias dicerẽt fla
gitabantur:legem illi ſe Clodiam timere dicebãt:cum hæc non poſſent iam diutius ſuſtinere init⁹ cõſili
um de interitu.Cn.pompeii quo patefacto ferroq; depræhenſo ille ĩcluſus domi tã diu fuit ꝗ diu inimi
cus meus in tribunatu de meo reditu.viii.Tribuni promulgarent:ex quo ĩtellectũ eſt mihi abſenti creuiſ
ſe amicos : in ea preſertim fortuna:in qua nonnulli etiam quos eſſe putaueram:nõ erãt. Sed eos uolũta
tem ſemper eandem:libertatem eandem non ſemper habuiſſe.Nam ex.viii.tribunis quos tunc habuerã
unus me abſente defluxit:q cognomẽ ſibi ex aliorum imaginibus arripuit:quos magis nationis ei⁹ eẽꝗ
generis uideretur.Hoc igitur anno magiſtratib⁹ nouis deſignatis cum omnes boni omnem.ſpẽ melio
ris ſtatus in eorum fidem conuertiſſent.princeps.p.Lentulus auctoritate ac ſententia piſõe & Gabinio re
pugnantibus cauſam ſuſcepit.Tr.q.p.viii.referentibus preſtantiſſimam de me ſententiã dixit : qui cũ ad
gloriam ſuam atq; ad ampliſſimam.beneficii gratiam magis pertinere uideret cauſam illam integrã ad
ſuum conſulatum reſeruari tamen rem talem per alios citius ꝗ per ſe tardius confici malebat:hoc interim
tempore.p.Seſtius iudex deſignatus iter ad.C.Cæſarem pro mea ſalute ſuſcepit . Quid egerit .quãtũ pro
fecerit:nihil ad cauſam.Equidem exiſtimo:ſi ille ut arbitror: equus nobis fuerit:nihil ab hoc profectũ:ſin
ratio non multum:ſed tamen ſedulitatem atq; integritatem hominis uideris.Ingredior iam in Seſtii Tri
bunatũ nam hoc primum iter deſignatus.R.P.cauſa ſuſcepit:pertinere & ad concordiã ciuium putauit
& ad perficendum facultatẽ animum Cæſaris a cauſa non abhorrere.Abiit ille annus:reſpiraſſe homies
uidebant̃ nondum re ſed ſpe.R.P.Recuperandæ.Ebierunt malis omnibus atq; execratiõibus duo Vul
turii paludati:qbus utinam ipſis eueniſſent ea quæ tum homines præcabantur:neque nos prouinciam
Macedoniã cum exercitu:neq; equitatum in Syria & cohortes optimas perdidiſſemus:ineunt Magiſtra
tum Tribu.Ple.quod omnes ſæpe de me promulgaturos confirmarant.En his princeps emittitur ab ini
micis meis is quẽ homines in luctu irridẽtes.Gracchum uocabant:quod id etiam factum ciuitatis fuit:ut
illa ex uepreculis extracta nitedula.R.P.conaretur arrodere.Alter uero nõ ille Serranus ab aratro ſed ex
deſerto Gaui Olei horreo callatus granis:i Galatios atq; illos infiius ſubito hominibus in tabulas relatis
nomen ſuum de tabula ſuſtulit.Veniunt Kalẽ.Ianua.uos hac melius ſcire poteſtis:eqdẽ audita dico:quæ
tum frequẽtia Senatus:quæ expactatio populi:q concurſus legatorum ex Italia cuncta:quæ uirtus : actio :
grauitas.P.Lẽtuli fuerit cõſulis:quæ etiã collegæ eius moderatio:de me qui cum inimicitias ſibi mecum
R.p.diſſentione ſuſceptas eẽ dixiſſet eas ſæpe dixit & tẽporibus.R.p.permiſſurum.Tum princeps roga
tus ſententiam.L.Cotta dixit:id qd digniſſimũ.R.p.fuit nihil de me actum eẽ iure:nihil more maiorum
nihil legibus:non poſſe quẽquam de ciuitate tolli ſine iudicio:de capite non modo ferri:ſed ne iudicari
quenquam poſſe:niſi centuriatis comitiis:Vim fuiſſe illam flammam quæſit e.R.p.perturbato undique
tempore:iure iudiciiſq; ſublatis magna rerum perturbatione impẽdente:declinaſſe me paululũ:& ſpe re
liquæ tranqllitas præſentis fluctus tempeſtatemq; fugiſſe.Quare cum abſens.Ro.po.nõ minus magnis

periculis:ꝙ quodã tẽpore præſens liberaſſem:nõ reſtitui me:ſolum ſed etiã ornari a Senatu dicere diſpu
tauit & multa prædicere:ita a me illũ amentiſſimũ & pfligatiſſimũ hoſtẽ:pudoris & pudicitiæ ſcripſiſſe quæ
ſcripſiſſet:iis uerbis:rebus:ſententiis:ut etiam ſi iure eſſet rogatum.tamen uim habere non poſſet.Quare
me qui nulla lege abeſſem:nõ reſtitui lege:ſed reuocari Senat' auctoritate oporteret:hõ nemo erat quin
ueriſſime ſentire diceret poſt eum rogatus Cn.Pompe.ſententiam coctæ laudauit & approbauit.cũ om
nes creatim aliuſq; alio grauius atq; ornati' de mea ſalute ſine ulla uarietate dixiſſent.Venit cõſilii de me
agendi dies nonus kal.febr.princeps rogationis.Qu Febitius uir mihi amiciſſimus templum aliquanto
ante lucẽ occupauit.Quietus eo die Sextus is qui eſt de ui re' actor:hic defenſor q; cauſæ meæ nihil pro
greditur:conſilia expectat inimicorũ meorum:id illi quorum conſilio.P.Sextus in iudicium uocat quo
ſe ſpectatum gerunt cum forum:comitium:curiam:multa de nocte armatis hominibus ac ſeruis plerîſq;
occupauiſſent:impetum faciunt i Fabritium manus afferrũt:occidũt nõnullos uulnerãt:multos: uniuer
ſique diſtrictis gladiis & cruentis in omnibus fori partibus fratrem meum uirũ optimum oculis quære
bant uoce poſcebant.Quoꝝ ille telis libẽter ſuum corpus obtuliſſet:niſi ſuã uitam ad ſpem mei redit' re
ſeruaſſet.Pulſus tamen e roſtris in comitio iacuit:ſeq; ſeruorum ac libertorum corporibus:obtexit uitãq;
ſuam cum noctis & fugæ præſidio non iuris iudiciorumq; defendit. Meminiſtis tum iudices corporib'
ciuium tyberim repleri.Cloacas reſarciri.Nihilque neque ante hoc tẽpus neque hoc ipſo turbulentiſſi
mo die criminationis eſſe in Sextum hic etiam de ipſa accuſatore quero qui.P.Sextum quæritur i tribu
natu & cum præſidio magno fuiſſe.Num illo die fuerit:Certe non fuit gladiatores tu ſupponas cum ſica
riis e carcere emiſſis ante lucem in forum emittas magiſtratus templo eiicias.Cædem maximã facias fo
rum purges & cum omnia ui armis egeris accuſes eum q ſe præſidio muninerit.Nõ ut te oppugnaret ſed
ut uitam ſuam poſſet defendere.Ex eo autem tẽpore id egit Sextus:ut a ſuis munit' toto i foro magiſtra
tum gereret:ut ſuis munitus rempublicam adminiſtraret.Itaque fretus ſanctitate tribunatus cum ſe non
modo contra uim & ferrum:ſed etiam contra uerba atq; interfectionem legibus ſacris ſe armatum puta
ret.Vẽit in templum caſtoris.Obnonciauit conſuli eum ſubito man' illa clodiana i cæde ciuium ſæpe iã
uictrix exclamabat incitatur ſuadit:inermem atque imparatum tribunum. Alii gladiis adoriunt.Alii fra
gmẽtis ſeptorum etiam fuſtib' a quibus hic multis uulneribus acceptis ac debilitato corpore & cõtrucida
to ſe abiecit examinatus neq; ulla alia re a ſe mortem niſi opinione mortis repulit.Quem cũ iacẽtem &
conſciſſum pluribus uulnegibus extremo ſpiritu exanguem & confectum uiderẽt defatigatiõe magis &
errore q̃ miſericordia & modo aliquando cædere deſtiterũt Et cauſam dixit Sextius de ui.quid ita:q; ui
uit & id nõ ſua culpa.Plaga illa una extrema defuit quæ ſi acceſſiſſet reliquum ſpiritũ:exhauſiſſet. Accuſa
lentidium non percuſſit eum maledicto homini reatino cur tanto tẽpore exclamaret occiſum.Ipſum ue
ro quid accuſas.Num defuit gladius:num repugnauit:Num ut gradiatoribus imperari ſolet ferrũ nõ re
cepit.An hæc ipſa uis eſt non poſſe emori:An illa quæ Tri.Ple.tẽplum cruentauit:An q cum eſſet ablat'
primumque reſpiceret non ſe referri iuſſit:ubi eſt crimẽ quod reprehẽditis:hic quæro iudices ſi illo die
gens iſta clodiana quod facer̃ uoluit effeciſſet Si.P.Sextius qui pro occiſo relict' ẽ occiſſus eſſet:fuiſtis ne
ad arma ituri fuiſtis ne uos ad patrium illum animum maioremq; uirtutem excitaturi:fuiſtis ne aliquan
do Rempu.a funeſto latrone repeturi:an etiam tunc quieſceretis:cunctaremini:timeretis.cum.Rempu.
a facinoroſis ſicariis & a ſeruis eſſe oppreſſam atq; occupatam uideretis:cuius igitur mortem ulciſceremi
ni.Si quidem liberi eſſe & hanc Remp.cogitaretis:de ei' morte uiri quid uos loqui:quid uos ſentire:quid
cogitare qd iucare oporteat dubitandum putatis.An uero ipſi illi paricidiæ quorũ effrenatus furor alitur
impunitate diuturna adeo uim facinoris ſui perhorruerãt.ut ſi paulo longior opinio mortis Sextii fuiſſet
Gracchum illum ſuum transferendi in uos criminis cauſa occidere cogitarint:ſenſit ruſticulus nõ icautus.
Neque enim homines tacere potuerunt:ſuum ſanguinem quærunt ad reſtinguẽdam inuidiã facinoris
Clodiani Muloniã penulam arripuit cum qua primum Romam ad comitia uenerat:meſſoria ſe corbe
cõtexit cum quærerent alii numerũ alii quintum gemini nominis errore ſeruatus eſt. Atq; hoc ſcitis om
nes uſque adeo hominem in piculo fuiſſe quod ad Sextium uiuere ſcitũ eſt.Quod ni eſſet patefactũ pau
lo citius q̃ uellẽt nonnulli qdem morte mercenarii ſui transferre potuiſſent inuidiã in quos putabãt.Sed
acerbiſſimi ſceleris ĩfamiã græco quodã ſcelere minuiſſent.Ac ſi tunc.P.Sextius iudices in tẽplo caſtoris
aiam quã uix retinuit edidiſſet:non dubito quin ſi modo eſſet i repub.Senatus.Si maieſtas.p.R.reuixiſ
et aliquando ſtatua huic hoc rẽpub.interfecto in foro ſtatueretur.Nec uero illoꝝ quiſquã quos a maiori
ſus noſtris morte obita poſitos i loco illo atq; i roſtris collocatos uidetis ẽẽt.p.Sextio aut acerbitate mor
bs:aut i rẽpu.aio præponendus.Qui cum cãm ciuis calamitoſi:cãm amici:cãm reipu.benemeriti cãm Se
natoris cãm Italiæ ſuſcepiſſet.Cũq; auſpiciis religiõiq; parẽs:obnũciaret qd ſẽſerat Luce:pallã:a nefariis pe
ſtibus i deorũ hoĩ nũq; cõſpectuq; eẽt occiſus ſciſſimo i tẽplo:ſciſſima i cã:ſciſſimo in mgratu.Eius igit' uitã
qſnã ſpoliãdã ornamẽtis eẽ diceret:cuius mortẽ ornandã mõumẽto ſempiterno putaretis:hoies igr emi
ſti coẽgiſti paraſti.qd uti faceret.Senatũ obſideret:ciues indomitos expelleret:bona:diriperet ædes ſcen
deret:tecta diſturbaret tẽpla deorum imortaliũ iflãmaret Tri.ple.ferro e roſtris expelleret puincias quas
uellet quibus uellet uenderet:reges appellaret rerũ capitalium condẽnatos:principem ciuitatis ferro ob
ſeſſum teneret:hæc ut efficere poſſet que fieri niſi armis oppſſa repub.nullo modo poterãt iccirco credo
manũ ſibi.p.Sextius & copias comparauit:At cum forum corporibus ciuium.R.eſſet conſtratum cæde
nocturna nõ modo nulla noua quæſtio.Sed etiã uetera iudicia ſublata tri.ple.plus uigitiuulneribus acce
ptis iacentem moribundũq; uidiſtis.Alterius:Tri.ple.diuini hominis.(dicam.n.qd ſentio & qd' mecũ

ſentiunt omnes)diuina inſigni quadã inaudita noua magnitudine animi grauitate:fide prediti dom⁹ ẽ
oppugnata:ferro:facibus exercitu clodiano & tu hoc loco laudas Milonẽ:& iure laudas:quem eni unquã
uirum tam immortali uirtute prӕditum uidimus qui nullo prӕmio propoſito prӕter hoc ꝙ iã cõtritum
& contẽptũ putatur iudiciũ bonorũ oia pericula:ſummos labores:grauiſſimas cõtẽtiones:inimicitiaſq; ſu
ſcepit q mihi unus ex omnibus ciuibus uidet͏̃ te docuiſſe non uerbis:quid oporteat a prӕſtãtiſſimis uiris i
R.P.fieri:& qd neceſſe eſſet hominũ audaciũ euerſorum Reip.ſceleribus legib⁹ & iudiciis reſiſtere:ſi leges
non ualerent iudicia non eſſent:ſi reſp.ui cõſenſuq; audacium armis opreſſa teneretur:prӕſidio & copiis
defendi uitam & libertatem neceſſe eſſet hoc ſentire prudẽtiӕ eſt:facere fortitudinis:ſentire uero & facere
perfectӕ cumulateq; uirtutis.Adiit ad Rempu.Tri.pl.Milo de cuius laude plura dicã nõ quo aut ipſe hӕc
dici quam extimari malit aut ego hunc laudis fructum preſenti libenter impertiam preſertim cũ uerbis
conſequi non poſſum.Sed ꝙ exiſtimo ſi Milonis cauſam accuſatoris uoce collaudatam ꝓbaro nos i hoc
crimine parem Sextii cauſam extimaturos.Quomodo in hoc genere prӕſidii comparati accuſas Sextiũ
Cum idem laudas Milonem an qui ſua tecta defendit:qui ab aris focis:ferrum flammãq; : depellit͏̃ q ſibi
licere uult toto eſſe in foro:in templo in curia:qui iure prӕſidium comparat uulneribus quӕ cernit quo
tidie toto corpore mouetur:ut aliquo prӕſidio caput & ceruices & iugulum ac latera tutetur;hũc de ui ac-
cuſandum putas?Quis enim noſtrum iudices ignorat ita naturam rerum tuliſſe ut quodam tempoi ho
mines nondum neq; naturali neq; ciuili iure deſcripto fuſi per agros ac diſperſi uagerẽtur:tãtũq; haberẽt
quantum manu & uiribus per cӕdẽ & uulnera aut eripere aut retineṙ potuiſſent q igit͏̃ primum uirtute &
conſilio prӕſtãti extiterunt:hi profecto genere humanitate docilitatis atq; ingenii diſſipatos unum in locũ
congregarunt:eoſq; ex ferocitate illa ad iuſticiã atq; manſuedudinẽ tranſtulerunt tũ res ad cõem utilitatẽ
quas publicas appellamus:tũ conuenticula hoium quӕ poſtea ciuitates nominauerũt.Tũ domicilia cõiũ
cta quas urbes dicimus inuento & diuino & humano iure mœnibus ſepſerunt atq; inter hãc uitã ꝑpoli-
tã humanitate & illã imanẽ nihil tã itereſt quã uis & ius horũ utro uti uolumus altero eſt utẽdũ: uim uolo
mus extingui:ius neceſſe eſt:id eſt iudicia quibus omne ius cõtinet͏̃ Iudicia diſplicẽt aut nulla ſunt uis do
minetur neceſſe eſt:hoc uident etiã oẽs Milo & uidit & fecit:ut ius experiret͏̃:ui depelleret:altero uti uolu
it:ut uirtus audacia uinceret.Altero uſus neceſſario ẽ:ne uirtutis ab audacia uinceret͏̃ eadẽq; ratio fuit publii
Sextii ſi minus in accuſando.Neq; .n.per oẽs fuit idẽ neceſſe fieri.At certe in neceſſitate defendẽdӕ ſalu-
tis ſuӕ prӕſidioq; cõtra uim & manum cõparato.Nã quid ageret uir ad dignitatẽ & gloriã natus? Agebat
auctoritate:agebat conſilio agebat ꝑ ſummũ ordinẽ agebat exẽplo bonorũ a fortiũ ciuiũ Quid repu.qd ſe
dignũ eẽt quis ẽt ipſe eſt quid ſperare quid maioribus ſuis reddere deberet diligẽtiſſime cogitabat.O dii i
mortales qua miſericordia oſtẽditis exitum⁹ nobis quam ſpẽ Reipu.datis quotus quiſq; inuẽietur tãta uir
tute uir:qui optimam quamq; cãm reip.amplectatur:qui bõis uiris deſeruiat.qui ſolidam laudem ueramq;
quӕrat.Nec hic tamẽ ulla unquam iniuria adduceretur:ut cum tali uirtute tantaq; firmitate animi ſe in rẽ
publi.ueniſſe pœniteat.Sed qui hoc uident adoleſcẽtes?quonam ſuas mentes cõferent.Ille qui monumẽ
ta publica:qui ӕdes ſacras oppugnauit:excidit:icendit:q ſtipatus ſemper ſicariis:ſeptus armatis:munitus
iudicibus fuit quorum hodie copia redũdãs uolitat ӕdilibus accuſat eum qui aliqua ex parte furorẽ exul
tantem repreſſit.Hic qui eſt tutatus ſicut in priuata re deos penates ſuos i Republi.iura tribunatus auſpi
ciaque defenderet accuſare eum moderate a quo ipſe nefarie accuſatus per ſenatus auctoritatẽ non eſt ſci
tus.Nimirum hoc illud eſt quod me potiſſimum tu in accuſatiõe.quӕſiſti:quӕ eſſet noſtra natio opima
tium.Sic enim dixiſti:rem quӕris prӕclaram iuuẽtuti ad diſcendum:nec mihi difficilem ad prӕducẽdũ
de quã pauca iudices dicam:& ut arbitror nec ab utilitate eorũ qui audiẽt nec ab officio noſtro nec ab ipſa
cauſa.P.Sextii abhorrebit oratio mea.Duo genera ſemper in ac ciuitate fuerunt eorum qui uerſati in Re
publi.atq; in ea ſe.excelentius gerere ſtuduerũt quib⁹ ex generibus alteri ſe populares alteri optĩmates &
haberi:& eſſe uoluerũt: Qui ea quӕ faciebant quӕq; dicebant multitudini iucunda eẽ uolebant eẽ popu
lares.Qui autem ita ſe gerebant ut ſua conſilia optimo cuiq; probarẽtur optiates habebant͏̃ . Quis ergo
optimis.Iſte quiſq; numero ſi quӕris inumerabiles.Neq; enim aliter ſtare poſſemus.Sunt principes con
ſilii publici.Sunt q eorum ſectam ſequuntur:ſunt maximorum hominum ordines qbus patet curia: ſunt
municipales ruſticiq; ro.ſunt negocia gerentes ſunt etiã libertini optimates.Numeruſ huius generis late
& uarie diffuſus eſt ſi genus uniuerſum ut tollatur error breui circunſcribi & diffiniri poteſt.omnes opti
mates ſunt qui neq; nocentes ſunt:neq; natura improbi:nec furioſi:nec malis domeſticis ĩpediti.Eſto igi
tur ut hi ſunt quam tu nationem appelaſti:& qui integri ſunt & ſani:& bene de rebus domeſticis conſti-
tuti.Horum qui uoluntati cõmodis:opinioni.In Republica gubernanda ſeruit defenſores optimatum.
